est propter eius perfectionem et dignitatem. cum sit actus purus. si quis enim
unum eius altum angelum videret de tanta eius perfectione mira-
retur. nam et non vidistis sed tamen audivistis de lucifero eze-
chiele narrante quod ait. Tu signaculum similitudinis plenus sapientia

ad gal. ult.

/ respondebit quia

/ ipse

Isa. 60

ad phi. 3.

Jo. 5.

eccl. 24.

Eze. 28

perfecti decore in delitiis paradisi dei fuisti. omnis lapis preciosus operimentum tuum. Mirantur quidam perfectionem celi et terre. quid ergo si viderent deum celi qui distat perfectione ab istis creaturis in infinitum. apud quem omnes creature pro nichilo reputantur. unde de se singulariter moysi dixit. ego sum qui sum. et dices filiis israel qui est misit me ad vos. At quis potest eius superare [illegible] fortitudinem. Si enim quidam mirantur de virtute ignis ut celi ut et diaboli qui movet corpora qui faciebat sapientes in egypto qui faciebant ignem et multa mirabilia. quanto magis et debemus mirari de potentia dei. hanc autem excedit omnium corporum admirationem primo ex creatione celi et terre. dum ex nichilo omnia fecit. Qui vivit in eternum creavit omnia simul. 2o ex sustentatione rerum que redigerentur in nichilum si eas sibi relinqueret. portans igitur omnia verbo virtutis sue. 3o ex eo quod posset adhuc multo maiora facere. non erit igitur impossibile apud deum omne verbum. Sed nos non possumus eum nisi credendo scire aut perfecte videre. unde tremunt potestates. At si per nos quis eum cognosceremus aut contemplaremur timeremus peccare. sed multi non timent quia cum stulto cogitant dicentes. dixit insipiens in corde suo non est deus. Preterea ex hoc intelligitur quod solo agere quicquid vult. dixit enim et facta sunt. mandavit et creata sunt. Item eius sapientia mirabilis est. quam satis cognoscunt homines ex ordine mirabili rerum. sapientis enim est ordinare. omnia igitur in sapientia fecisti. Sed scio non solum ex ordine corporum sed et spiritualium eius sapientia cognoscitur. et incomprehensibilis. unde mirabilis est. et hoc ostendit mirabiliter. primo est rerum ordo. 2o est quod verbum dei omnia una specie omnia perfecte representat. 3o quod uno actu omnia perfecte comprehendat. pertingens usque ad divisionem anime ac spiritus compagum quoque ac medullarum et discretor cogitationum et intentionum cordis. quo ergo effugies peccator. o hypocrita quid agis. numquid si te non videt homines non te videt deus. quo igitur ibo a spiritu tuo et quo a facie tua fugiam. si ascendero in celum tu illic es si descendero ad infernum ades. ergo fratres que dicitis in cordibus vestris et in cubilibus vestris compungimini. Preterea eius bonitas est admirabilis. nobis quod apparet ex beneficiis exhibitis. et maxime ex beneficio incarnationis.

Margin: Exo. 3 · Eccl. 18 · Luce p° · ps. · ps. · ad he. 4 · ps. · ps.

Sed scio multo clarius videt eius bonitatem quam nos. et admirantur et stupent habent per effectum videndo se esse. est enim ipsa bonitas in qua non est omnino mali quicquam. unde eius voluntas est bona quia ut illa bonitas et alia si [illegible] per illam. [illegible] intellectus eius est absque malicia falsitatis quia ipse est veritas. [illegible] ex communicatione sui. bonum enim communicat se ipsum. deus autem in se ipso communicatione sui [illegible] a superioribus communicat suam bonitatem usque ad inferiora. non bona enim subsisteret nisi bonitas dei pervenit. 3o ex tractione. nam bonum trahit appetitum. deus autem omnia trahit ad se. dum omnia desiderant bonum et deum salutem in futuro [illegible] quia omnia desiderant bonitatem et perfectionem [illegible] alicuius est bonum et perfectum [illegible]. unde ex eo quod deus se communicat sanctis per gratiam trahit eos ad se vehementer. Item quia deus se communicavit nobis dum carnem nostram assumpsit deberemus trahi vehementer ad eius amorem. sed quare non trahimur quia duri sumus. Sed dices. nemo igitur venit ad me nisi pater traxerit eum. quare quod trahat et si me non trahit. Sed dico tibi frater numquid non trahat quotidie. quid enim sibi voluit tot beneficia et trahit [illegible] tot predicationes tot exhortationes et inspirationes. nonne trahit te. sed tu non vis trahi. ecce conqueritur deus de nobis dicens. vocavi et renuistis. extendi manum meam et non fuit qui aspiceret. Sed dices potest si vellet me trahere. Sed numquid vis ut te cogat. non ne sufficit tibi si te invitat. ecce mittit servos suos vocare ad cenam [illegible]. alius enim dixit uxorem duxi. alius emi villam. alius omnia ... trahit enim deus et non cogit. Sed dices quare me non trahit sicut paulum trahit. o homo non ne sufficit tibi quod te invitet. nam cum deberet te ponere in carcere invitat te ut tibi ponat et ad nuptias introducat. numquid hoc parum est. tale consulo si non traheris ora ut traharis. dicendo cum sponsa trahe me post te. Ergo bonitas est mirabilis et ad confessionem veritatem. Item mirabilissimum est videre totam trinitatem. i. tres personas distinctas in una essentia. cum

Margin: ego sum via veritas et vita. Jo. 14. · unde sponsa dicit. guttur eius suavissimum et totus desiderabilis. · nemo bonus nisi unus deus. Mar. 10. · voluntas dei bona et beneplacens et perfecta. ad Ro. 12. · unde dicitur. tua autem pater providentia ab initio cuncta gubernat. Sapientie. 14. · Jo. · Gen. p° · Cant. p°

rei illa in admirationem adducunt. primo quia sunt tres persone
distincte realiter et tamen non sunt nisi unus deus. 2° quia una persona
ab alia est, quia una natura est non distinguuntur realiter. et tamen
est se distinguunt et non sunt unum personaliter sed tres. 3° quia filius
procedit a patre et spiritus sanctus a patre et filio et tamen unus
non est minor nec posterior altero. Sed quia ista excedunt nostram
capacitatem omnino, ideo breviter sufficiat tetigisse. Secundo enim
in ea sunt hec videt et stupet. Est enim admirabile quod
est quod deus factus est homo et quod in tanta unione deus sit cum homine
ut vere dicatur deus est homo et homo est deus. et deus mortuus
est et crucifixus et homo Christus qui est omnium creator. Item
quod admirabilis est beatissima virgo maria mirabilis ex duobus
primo quia fuit virgo et mater. et quia fuit mater dei. Hec enim omnia vi-
det sanctus et stupet in maiestate dei. Est preterea mira-
bilis ordo hierarchiarum et ordinum angelorum. hec enim mi-
rabilitatem primo ex ordine. 2° ex numero. 3° ex amore eorum
4° ex pulchritudine. 5 ex caritate [illegible] hi enim qui non consense-
runt superbie aliorum persistunt in regno. quia superbis deus resistit
humilibus autem dat gratiam. Est ordo patriarcharum et prophe-
tarum qui fide vixerunt et in lege aspiraverunt et salvato-
rem. et patriarcha [illegible] in [illegible]. Ordo quoque
mirabilis apostolorum de quibus dicitur. In omnem terram exivit sonus
eorum. quorum doctrinam imitari debemus. [illegible] cre-
dimus post quam [illegible]. quia quod stultum est dei sapientius est homini-
bus. quia que stulta sunt mundi elegit deus ut confundat sapientes.
Sequitur ordo martyrum qui laverunt stolas suas in sanguine
agni. quorum patientiam imitari debemus. si nos frigidi
unum verbum tollerare non possumus. quibus conveniet illud: nondum
enim usque ad sanguinem restitistis et obliti estis consola-
tionis. Sequuntur confessores qui suo exemplo et doctrina ecclesiam
decoraverunt. quorum vitam imitari debemus si volumus
cum eis gloriari. Videt virginum chorum qui sequuntur agnum
quocumque ierit. et post hec vidi turbam magnam quam dinumerare
nemo poterat ex omnibus gentibus et tribubus et populis et linguis
stantes ante thronum. Isti sunt qui sequi [illegible] tollentes cru-
cem suam. Mirabile quoque est videre tot millia angelorum et sanctorum

Jere.

ad he. 11.

1 ad Cor. 1

ad he. 12.

apoc. 7.

adversus peccatum repu-
gnantes.

in eadem societate ubi nulla erit discordia nulla invidia nullum
penitus malum. Quoniam ut scriptum est. Absterget deus omnem lacrymam
ab oculis sanctorum: et mors ultra non erit neque luctus neque clamor
neque dolor erit ultra quia prima abierunt. Ergo agite fratres et
aspiretis ad hanc societatem. quis enim potest interesse festis horum
si non corrigat interesse festis angelorum? Audite unum suspirantem
et dicentem. quam dilecta tabernacula tua domine virtutum concupi-
scit et deficit anima mea in atria domini. suspirate fratres et in-
[illegible] bona [illegible] dicente domino. Beati qui habitant in domo tua in
secula seculorum laudabunt te. et beatus quem elegisti et assumpsisti
inhabitabit in atriis tuis. quare ergo me domine dereliquisti? quare
me quoque non assumpsisti. ubi sunt mirabilia tua [illegible] domine [illegible]
[illegible] tua. Sed o anima quare es contristata. [illegible] exulta
[illegible]. Pars mea dominus dixit anima mea propterea expe-
ctabo eum. bonus est dominus sperantibus in eum anime querenti illum.
bonum est prestolari cum silentio salutare dei. Igitur fratres mei
audistis admirationem sanctorum nescio si gustastis. nam si delectati
estis in hac contemplatione et posuistis in corde vestro secum esse
[illegible] et doctrinam eorum certe gustastis aliquam particulam huius
glorie. hec est gloria [illegible] et li-
[illegible] in nobis. de qua supra dixi [illegible] ab initio. Sed quia
[illegible] glorie et [illegible] redemptoris testimonium efficax re-
[illegible] ad exponendum [illegible]. festivitas enim omnium sanctorum
heri et hodie [illegible] exponendo. [illegible] non absque ullo [illegible]
si [illegible] quia nobis a deo per os meum fuerunt expressa. [illegible]
[illegible] Joannes [illegible] aliorum ubi [illegible]; quia difficile
est hominibus credere tamen alia ad testificandum huius veritatem [illegible]
[illegible] quod audivimus et [illegible] audietur [illegible]
et [illegible]. Si dicis [illegible] non [illegible] duobus
sensibus [illegible] voluit
[illegible] reddere [illegible] sensus reddit. fortasse quia olfactus
in hominibus non est boni iudicii [illegible] olfactum
[illegible] magnitudinem cerebri ex quo sensus [illegible] maior [illegible]
[illegible] organum olfactus, quod ad perfectionem suam requirit
[illegible] Gustus autem est quidam tactus non enim fit sine
tactu. [illegible] gustavit et tetigit. unde gustus [illegible]
[illegible] quod perspeximus? [illegible] quod audivimus
nulli dubium est quod Joannes audivit verba loquentis et [illegible]

apoc. 21.

ps.

ps.

ps.

ps.

trenorum 3

vel ubi quoque de olpha[illegible] et [illegible] sensum [illegible]

valde familiaris. unde hic est discipulus quem diligebat Jesus. breviter [illegible] verus quod audierat. Sed tamen non sic exponitur in glosa. quod autem quod audivimus scilicet per legem et prophetas. Ergo beatus Johannes testimonium reddit in hoc dupliciter primo de auditu sensibili quia ipse audivit eum. et de auditu intellectuali quia ora prophetarum sonant nobis Christum. Ego quidem non possum reddere vobis testimonium quia non fui dignus videre eum. Sed tamen non et ego hoc possum ex dono dei audivi eum in prophetis. et possum dicere scio quia non est possibile homines tales sic prescisse et predixisse que impleta sunt ordinatissime sicut fuerunt predicta ante mille et duo millia et tria et quatuor millia annorum. Secundum enim quia homines nescirent futura. Sed solus deus. [illegible] dixit ymo per Ysaiam dicens. Annunciate que ventura sunt in futurum et sciemus quia dii estis vos. Itaque audacter audacter ego quidem dico vobis quod audivimus annunciamus vobis. reddo huic rei certissimum testimonium. invito vos ad iubilationem et laudem pro tanta salute cum Ysaia dicendo. Laudate celi quoniam misericordiam fecit dominus. iubilate extrema terre. resonate montes laudationem. saltus et omne lignum eius. quoniam redemit dominus Iacob. et Israel glorificabitur. Sed video illum dicentem ego quidem lego prophetas et non video tale testimonium. Et ego dico tibi quod dixit Philippus eunucho. putas ne intelligis que legis? et tu quod sic sepe cum eunucho respondebis. Et quomodo possum si non aliquis ostenderit mihi? Dicito ergo mihi quis est ille qui debet vel potest ostendere tibi. certe Philippus homo erat. et eunuchus litteram legebat et non intelligebat. putas ne quod Philippus aperuerit oculos eunuchi? certe solus ille eius oculos aperuit qui Philippum misit. Scito quod prophetie quasi liber signatus est [illegible] quem aperire potest nisi ille qui habet clavem David qui claudit et nemo aperit. aperit et nemo claudit. hec est quod [illegible] scriptum est [illegible] flevit Johannes quia liber erat signatus et non inveniebatur qui aperiret. Ecce vicit leo de tribu Iuda radix David aperire librum et solvere septem signacula eius. Si hec quod non est aperire frustra laboras. non recte tendis. Si quis enim vellet fodere terram ut inveniret thesaurum et non haberet sarculum vel aliud instrumentum ferreum non solum frustra laboraret ut manibus fodiendo frangeret eas [illegible]. Ita qui vult fodere scripturarum terram ut inveniat Christum frustra laborat si non habet sarculum spiritus sancti aut franget

Is. 41

Is. 44

Actuum 8

Apoc.

Apoc. 5

in fide cum solo intellectu nihil proderat. Ergo fratres scripturas legere debetis humiliter et devote si eas intelligere et Christum invenire debetis quia nisi credideritis non intelligetis. humiliter ut non de tuo ingenio presumas sed humiliter a domino postules intelligentiam secundum Iacobi consilium. Si quis vestrum indiget sapientia postulet a deo qui dat omnibus affluenter et non improperat. quia omnis sapientia a domino deo est et cum illo fuit semper et est ante evum. [illegible] fons sapientie verbum dei in excelsis. devote ut scilicet horas tuas [illegible] proponas sapientie [illegible] legis. et in tempore expendas quod legis. [illegible] agravabitur cor tuum. et inde implebitur [illegible] legis et non operaris [illegible] et videre visiones et nolle audire auditus et nolle intelligere. et videre visiones et non videre [illegible]. Itaque beatus Johannes testimonium dei reddit [illegible] per sapientiam verbo [illegible] nos quidem audivimus reddimus hoc testimonium quia testimonium [illegible]. Si testimonium hominum accipimus testimonium dei maius est. maius est quod testimonium scripture quam testimonium Johannis. [illegible] dicere annunciamus vobis quod audivimus credimus multo magis [illegible] credendum erit. Sequitur quod vidimus oculis [illegible] nostris. Certum est quod Christum vidit Johannes et in morte pendentem et mortuum [illegible] plagis et [illegible] resuscitatum ad vitam immortalem. Unde beati oculi [illegible] que vos videtis. amen dico vobis quia multi reges et prophete et iusti cupierunt videre que videtis et non viderunt et audire que auditis et non audierunt. Sed si solum vidissent carne et non credidissent divinitatem beati non fuissent sicut [illegible] Iudei et pharisei persecutores fuerunt beati. [illegible] tunc Johannes [illegible] quia deum nemo vidit umquam. [illegible] vidit sed non divinitatem. quia [illegible] mirabilem [illegible] videt divinitatem. [illegible] et nos testimonium reddimus ex visu mirabilium eius. [illegible] invisibilia deum tunc videre [illegible] nota quod invisibilia [illegible] per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. Sed diversimode [illegible] ex aliis que sunt sensibilia. [illegible] videmus deum [illegible]

Iac. p°

Eccli p°

Eccli p°

Is. 6

p° Io. ult°

Math. 13

Jo. p°

ad Ro. p°

ex ordine universi. in quo sunt contraria sibi invicem et adversa. que
quomodo omnia habent suum locum et ordinem et ad unum reducuntur. non
potest esse nisi ab uno gubernentur. videmus singulis annis arbores
emittere flores et facere fructus et in hyeme per absque foliis
remanere. Sed sicut admirative ipsum esse pastorem duo
mirabilia esset divinitatis eius consideremus ex. sed consuetudine
viluerunt. ac saltem in nostro tempore cognoscere eum. Quoniam enim dat
et motum. In ipso enim vivimus movemur et sumus. Sed vita
erat lux hominum et lux in tenebris lucet et tenebre
eam non comprehenderunt. Et sic divinitas est in mundo et se
nobis offert multis modis sed non consideramus alienati exce-
cati non videmus. Erat enim lux vera que illuminat omnem
hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat et mundus per
ipsum factus est et mundus eum non cognovit. Audiamus ergo et
testimonium reddamus divinitatis eius dicentes quod vidimus scilicet in mira-
bilibus eius. Consyderate fratres in nobis deum et in ceteris creaturis
et recipite eum in cordibus vestris per fidem. quia quotquot re-
ceperunt eum dedit eis potestatem filios dei fieri his qui credunt
in nomine eius. Sequitur. quod perspeximus. et glosa ait. scilicet divinitatis
adventum in homine. sed hoc nobis magnum est opus et labor. Jo-
hannes propter in homine christo divinitatis adventum que miracula que fecit
vidit. et eum a mortuis resurrexisse cognovit. unde ait. Vi-
dimus gloriam eius gloriam quasi unigeniti a patre plenum gratie et ve-
ritatis. Sed nos quomodo huius rei testimonium reddemus scilicet Joanni non
credimus? certe et huius rei testimonium non deest nobis. Jo-
hannes propter de divinitate hominis christi testimonium reddit quia mirabilia per-
spexit unde ait quod perspeximus. Et nos quoque eiusdem rei reddi-
mus nobis bonum testimonium quia et mirabilia videmus. unde auda-
cter dico annunciamus quod perspeximus. Dimittamus que quo-
tidie miracula fiunt in ecclesia dei et presertim demonum ex-
pulsiones in nomine Jesu et sanctorum eius. Et elevemus parum oculos
ad contemplandum secretum crucis christi. Scio quod hec res consuetudine
viluit. quoniam consuetudinis abierit. et nunc dormientes evigila.
Surge igitur qui dormis et ~~illuminabit te christus~~ et exurge
a mortuis et illuminabit te christus. Considera quia nisi
esset deus qui crucifixus est non converteret ad se universum mundum.

Marginalia (left page): actuum 17. — Jo. p°. — Jo. p°. — Jo. p°. — Jo. p°. — 2a ad Cor. 5.

et presertim homines sapientes et potentes. sicut fuit dyonisius ariopagita
et augustinus et alii multi philosophi et principes terre. quomodo enim fuissent
dignati adorare crucifixum et deum suum vocare. et quod plus
est omnia propter eius amorem relinquere. nisi in illo contemplarentur divinitatem.
et adhuc magis confirmat fidem quia apostoli predicantes per orbem uni-
versum converterunt fuerunt homines idiote quos nullus sequeretur [?] fuisset
presertim cum predicarent aliud quam humanum ingenium transcendebat et
austera que homines refugiunt nisi in eis loqueretur deus. et hoc super
omnia mirabile videtur quia ecclesia fuit augmentata cum totus orbis
contra ipsam conveniret. et quottidie crudeliter martyres occide-
rentur. sed semper magis crescebat. unde cum [?] diceret deo [?] [?]
et herodes agrippa. ut dicit glosa quedam in capitulo 26 actuum apostolorum.
legitur in oratione quadam eum [?] depressisse. Sed de religio-
nis auxilio presumentes cum eam descriptam per totum orbem replevisset,
haud sine dei nutu putamus illam religionem crescere. Sed
videamus nobis dicere quod perspeximus. Sed multi volunt hoc credere quia
de [?] eorum [?] [?]. Verbum enim crucis
pereuntibus stultitia est. his autem qui salvi fiunt id est nobis dei virtus est.
scriptum est enim. perdam sapientiam sapientium et prudentiam pruden-
tium reprobabo. ubi sapiens? ubi scriba? ubi conquisitor huius ~~mundi~~ seculi?
nonne stultam fecit deus sapientiam huius mundi? Erat ergo hominis
testimonium ex ~~[?]~~ videndo et visu et gustu crucis christi et ex
olphatu vite eius et discipulorum eius quia scriptum est. christi bonus odor
sumus deo in his qui salvi fiunt et in his qui pereunt. aliis quidem
odor mortis in mortem. aliis odor vite in vitam. Item et
ex olphatu et gustu testimonium habemus scilicet illo verbo quod perspeximus.
quia non sunt nova olphatus aut gustus propter rationem superius dictam. Re-
stat ergo reddere testimonium ex tactu. Sed quia hora [?] cogemur
potius sermonem frangere quam terminare. Ergo resumentes breviter ad
alteram diem colligamus in summa que diximus. De gloria verbi una
cum explanavimus scilicet de admiratione et stupore [?] vox
a deo incipiendo per omnes gradus procedentes usque ad ultimum. diximus
hoc per verbum esse factum. et testati sumus per 4or sensus vel ex
auditu scripturarum, ex visu mirabilium. ex olphatu et gustu
crucis christi et predicatorum eius. Igitur ut dicit apostolus. tantam habentes
impositam nubem testium. deponentes omne pondus et circumstans nos
peccatum per patientiam curramus ad propositum nobis certamen.

Marginalia (right page): actuum. 26. — glo. — pa ad Cor. p°. — 2a ad Cor. 2. — ad He. 12.

rogabat, sed ipsum dominum ut haec nobis faciat intelligere et operari et
det nobis quod dedit illi Simoni ut in cordibus nostris fidem con-
firmet et per eam perveniamus pariter ad bonorum gloriam per
Iesum Christum dominum nostrum qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat
per omnia saecula saeculorum amen.

Explicit sermo L.

Et manus nostrae contrectaverunt. De verbo domini confiten-
dum [f.c.] testatur Iohannes non solum ex auditu sed
etiam ex visu et olfactu et gustu boni odoris et sapo-
ris mirabilium quae fecit ipsum verbum in caelo et in terra
testabatur cuius testimonium tactus quod praemissum potius
interrumpendo sermonem quam finiendo propter temporis angustias
resumentes de verbo quod ipsum fecit et verbum quod omnia fecit
et per quod nos agnovimus etiam in sanguine carnis eius testati
sumus cum Iohanne et nunc testamur magis testimonio
quia manus nostrae contrectaverunt verbum istud. Tactus enim certis-
simus est in homine quia hic nobiliorum tactus certus mulieribus
nobiliorum complexionum. Unde et qui habent nobiliorem
tactum habent et nobiliorem complexionem. Quia molles carne sunt
apti mente dicit ut sunt sapientes et prudentes. In hoc ergo vult
ostendere certissimum testimonium de verbo quia contrectaverunt
in manibus propriis. Sed cum per tactum non cognoscuntur in corpore quae
sunt generalibus substantia videlicet calido frigido humido et sicco
duro et molli et similibus quomodo Iohannes verbum dei contrectavit.
Fortassis dicis quod carnem huiusmodi qualitatibus subiectam contrecta-
vit. Sed hoc non sufficit testimonium de verbo quia verbum contrec-
tari non potest. Spiritus enim est deus et verbum est ipse deus nam deus
erat verbum. Cum ipsum verbum est spiritus. Quod dicis,
quod tetigit sanctus Thomas in manibus et dixit unde ait dominus
meus et deus meus. Certum est autem quod tetigit Iohannes dominum Iesum.
Nam recubuit super pectus eius. Sed quomodo per hoc contrectavit verbum?
Quia aliud vidit et tetigit et aliud credidit sanctus Thomas. Ubi
dicitur haec verba Iohannes non unde locutus credidi quia

Ioh. 4
Io. 1
Io. 20

certe credit lenis est corde. Sed cum mira contrectatione in-
dentes et perseverantes opera eius et verum et cum scripturis ista
contrectantes. Quod cognitum non fortuitu sed ex facto sed a deo
cum magno pondere atque eo. Scilicet quod attingit a fine usque ad finem
fortiter et disponit omnia suaviter. Qui constituit omnia in nume-
ro pondere et mensura. Et hoc est testimonium ex parte credendi.
Nam et si nusquam in fide dubitemus tamen securius sunt diligentia
vocis fidei et ea quae obvenerit ei, haec autem est meritorium
posita fidei radice. Et possum pro modulo meo dicere
quod fidem manibus meis contrectamus quia nihil conspectum sit
et efficaciter addiscam. Propter quod in me omnia sunt consona. Unde
audacter loquor. Propterea quia credo. Scriptum est enim credidi
propter quod locutus sum. Unde et apostolus habentes eundem spiritum fi-
dei sicut scriptum est credidi propter quod locutus sum et nos cre-
dimus propter quod et loquimur. Haec est contrectatio per ab-
intelligi. Nam sunt relatae ad quas perfectiones nudus pervenit
quomodo manibus certissime verbum contrectaverunt. Manus enim
apprehendit et tenet. Duo autem sunt in nobis quae verbum apprehendunt
et tenent scilicet intellectus et voluntas. Sed non quaeque mea appre-
hendit verbum dicere contrectare. Nam et multi de verbo intelli-
gunt multa et tamen non credunt. Et alii diligunt sed non recte
quia sibi volunt et divitias possidere. Sed scriptum est nemo potest
duobus dominis servire. Quomodo igitur intellectus tangit verbum? Quia ele-
vatur supra se ipsum. Unde est sedebit solitarius et tacebit
quia levavit se super se. Hoc est autem quando in se infinitum lumen videt
transcendens omnes creaturas per lumen gratiae dei sicut scriptum est
in lumine tuo videbimus lumen. Quando videbat loqui
cum deo familiariter sicut erat et Iohannes familiaris et
dicit cum sponsa dilectus meus mihi et ego illi. Haec enim sola
gratia est apprehendit verbum per fidem vivam et contrectat dum cum
eo familiariter loquitur et tenet dum firmiter credit dicens
scio cui credidi et certus sum quia potens est depositum
meum servare in illum diem. Haec elevant super altitudines
terrae sicut scriptum est sustollam te super altitudines terrae. Quia nihil
terrena existimat. At et humiliat usque ad centrum terrae
quia nihil se esse reputat unde et Zebedaeus quando dominum rogabat

Ps
2 ad Cor. 4
tre. 3
Ps
Cant. 2
2 ad Tim. 1

qui sodomitis dixit. loquar ad dominum meum cum sim pulvis et
cinis. et david quia cum dominus ei tanta promisisset ait. quis
ego sum domine deus et que domus mea quia adduxisti me hu-
cusque. et impletur sermo in illa hora quod dicitur. exaltatur
et humiliatur sic et conturbatur. conturbatur idest movetur,
quod pro tanto domino. unde quanto aliquis est sanctior tanto est
humilior. et compungitur et pro minimis peccatis. hec quoque
cum manu apprehendit deum. ista quia apprehendit altera
manu et tenet. idest voluntate dominum deum amat desiderat
et in eo exultat homo et delectatur in eo. sed intelligitur de quodam
amore ineffabili non quia ego scilicet amat et non cognoscit quid amat
sed diligit quod non videt in quem tamen credit et querit et
idest cor per amorem liquefit et languet sicut dicit sponsa. Adiu-
ro vos filie hierusalem si inveneritis dilectum meum ut
annuntietis ei quia amore langueo. desiderat quia dissolvi
et esse cum Christo. et solum in eo delectatur. dico ergo quod hoc est
verbum contrectare. quia hic intellectus et hic amor a solo deo
est propter quia est supernaturalis creatura que hec videt invisibilia
sensus ex toto corde invisibilia cum tanto lumine et
tanto amore et desyderio. hic ergo manibus contrectat verbum.
et propter reddit testimonium de eo. et hoc est est testimo-
nium Ioannis. videt namque clare. unde apocalipsis primo ait. fui
in spiritu in dominica die. et sequitur est dominus dicit unde erat
et est discipulus quem diligebat Iesus. hoc est ergo testimonium
Ioannis. propter quod fratres satagite ut perveniatis ad hanc
contrectationem. oratio namque et contemplatio dabit eam vobis.
sed hec querit dominus et pauci inveniunt. omnes laudant sed
pauci operantur. hic ergo qui multi in fide dubitant. hic est
quod libros gentilium libenter audiunt quam scripture. hic sonat imperium
in bucca xpianorum. et in his pueri nutriuntur. hic multi
contra fidem loquuntur deridendo bonos. hic multi cantant car-
mina contra fidem. hic est quod multis zelos invenitur. loquitur vobis
deus et non auditis. vocat vos ad orationes et contempla-
tionem sui et vos terrena sequimini. quod potest vobis
dulcius dici a deo quam loqui meum cum estis mecum. nonne de-
beret nos creare propter peccata nostra et dicet. amice
quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem. Sed non tantum

gen. 18.
2 reg. 7
ps
cant. 5.
apoc. primo

unde ezechiel 2 habetur vidi et cecidi in faciem meam

ut tale vobis de fide testimonium reddamus et quod ter-
rena sequimini in certe scitis quia hec omnia in brevi sunt relin-
quenda. esto felix homo qui totus mundus dominus est concordo
potest. quid inde? nonne morieris? omnes namque morimur et
quasi aque dilabimur in terram que non revertitur. et quis est homo qui
vivit et non videbit mortem? ubi est adam ubi
matusalem qui tanto tempore vixerunt? ubi sunt tot reges
et principes ubi tot milites preclari? nonne omnia tran-
sierunt. vanitas vanitatum et omnia vanitas. et iterum.
cuncta subiacent vanitati et omnia pergunt ad unum locum.
de terra facta sunt: et in terram pariter revertuntur. sed ergo
hec vera sunt quare sic propter ea nonne omnes stulti sumus si sequimur
labores mundi ut in eternum damnemur et amittamus vitam
sempiternam. Certe quia stulti sumus. sequimur mundum qui undique
nos premit et ad deum ire compellit. ubique bella sunt et
penurie et discidia et persecutiones. et ab his
possumus liberari et non facimus. sed in angustiis sequimur mun-
dum ut cum mundo damnemur. laboramus in vanum. sed
hoc est quia non credimus. certe in tempore quod predixit apostolus devenimus.
hoc autem scito quia novissimis diebus instabunt tempora peri-
culosa. et erunt homines seipsos amantes cupidi elati
superbi blasphemi etc. et infert. habentes quidem speciem pie-
tatis virtutem autem eius abnegantes. volunt namque omnes vi-
deri xpiani sed non faciunt opera Christi. Sed ad propositum re-
vertamur. ecce testificati sumus vobis cum Ioanne de verbo
vite certique testimonium dedimus. timete ergo ne in
vobis impleatur quod dominus ait. quicumque non receperit vos neque
audierit sermones vestros. exeuntes foras de domo vel
civitate excutite pulverem de pedibus vestris. amen dico
vobis tollerabilius erit terre sodomorum et gomorreorum
in die iudicii in die iudicii quam illi civitati. Sed et con-
venit unusquisque ne dicat sic illi qui scripsit non cog-
noscit. quia non credunt se esse peccatores. sed sunt veri de numero
iustorum. nam multi veniunt ad predicationes
et audiunt contemplationes statim cogitant de proximo suo et
nescit ad seipsum vertere se et ideo non faciunt fructum.

2 reg. 14
ps
eccl. primo
eccl. 3.
2 ad tim. 3
math. 10.

si est sit magis infirmi quam ceteri. credunt enim se non esse
infirmos et ideo non recipiunt medicinas. contra quos dicitur.
dicis quod dives sum et locupletatus et nullius egeo. — Apoc. 3.
et nescis quia tu es miser et miserabilis et pauper et cecus
et nudus. Suadeo tibi emere a me aurum ignitum probatum
ut locuples fias et vestimentis albis induaris et
non appareat confusio nuditatis tue. Et eo magis
decepti quia plus ab hominibus laudaris et dicis quod sancto. quia sepius in
populo meo qui te beatum dicunt ipsi te decipiunt et viam — Is. 3.
gressuum tuorum dissipant. vide ergo ne accidat tibi ipsi quod
sancto tunc ne tibi dicatur quod dicitur angelo ecclesie sardensis.
Scio igitur opera tua quia nomen habes quod vivas et mortuus
es. esto vigilans et confirma cetera que moritura erant. — Apoc. 3.
non enim invenio opera tua plena coram deo meo. Et
ecce iterum egressus sum. non tamen verbo dicto. cupio enim
salutem vestram hec dixi. emulor enim vos dei emula-
tione. Itaque ergo rogo vos fratres ne respicientes me. ego
enim homo sum sicut et vos. sed verbum domini quod egreditur de ore meo.
cogitet unusquisque in corde suo quo vadit quid facit dicens. Cui
laboro et fraudo animam meam bonis. — Eccl. 4. Ecce vera sunt
que fides loquitur. ut quod ergo christus dominus non scriptum. esto prudens sicut
villicus. facite ergo vobis amicos de mammona iniquitatis
ut cum defeceritis recipiant vos in eterna tabernacula. — Luc. 16.
Sed quia hora tarda est hic sermo terminetur. Sit ergo et
in medio quod dixi pertractare. agere quod ut fides vestra sit
in operibus non in verbis solum quia ut dicit petrus credentes exul-
tabitis letitia inenarrabili et glorificata reportantes — I Pet. I.
finem fidei vestre salutem animarum vestrarum.
per ihesum christum dominum nostrum qui cum patre et spiritu sancto est unus
deus benedictus in secula amen.

Explicit sermo 3us.

De verbo vite. Quia vos magna et mirabilia que sunt
a nostris sensibus remota cum difficultate creditis heri sicut
ut audistis fratres dilectissimi in superioribus sermonibus ad testi-
ficandum de verbo vite dixi quod fuit ab initio quod audivi-
mus quod vidimus oculis nostris quod perspeximus et manus nostre
contrectaverunt. in quibus verbis ostendimus ipsum reddidisse certis-
simum testimonium de verbo quod fuit ab initio. quod et
testimonium [illegible] sumus [illegible] vestris et per reddere.
Sed quia loquuti sumus solum de verbo sermo quod fuit ab initio
firmato testimonio incipit in extendere se ad id quod
aures vestre audire desiderant. Cum enim omnes homines libenter
desiderent et vitam eternam libenter audiunt unde possent eam
sibi acquirere. propterea se credunt hodie narranti. quidam enim
non libenter audiunt quia non credunt. alii enim vitam conte-
munt in voluptatibus mundi. unde libenter audiunt eos
qui modum et viam docent inveniendi voluptates et cupidi-
tates. Sed homines ad veram vitam tendentes libenter de vita eterna
audiunt. Exemplum habes de ista muliere samaritana aquam
quam qui biberet non sitiret in eternum statim quesivit et — Jo. 4
desideravit. unde ait domine da mihi hanc aquam ut non si-
tiam neque veniam huc haurire. Hodie est nobis pro-
ponendum b. Jo. verba eterna. Si ergo non estis sompnolenti si
non estis de illis quorum cor est spinosum vel lapideum puto
quod excitabo vestrum desiderium ad concupiscendam vitam eternam.
Erga ergo erigite aures et corda preparate et oculos eis
ad me dirigite. et relinquite cogitationes seculi et
memores creatoris vestri [illegible] misereamini animabus vestris.
redite prevaricatores ad cor. Audistis aliquando quod psalmista — ps.
dicit. Audiam igitur quid loquatur in me dominus deus quoniam loquetur
pacem in plebem suam et super sanctos suos et in eos qui conver-
tuntur ad cor. [illegible] quod loquitur nobis dominus. sed non potest
audire auribus carnalibus extra in eis audiamus. Aut
enim audiam quid loquatur in me dominus deus. et quia loquitur in eos
qui convertuntur ad cor. Si ergo non convertamini ad cor non loquitur
nobis dominus. et si ipse non loquitur nobis [ego] non intelligetis

et si non intelligens nec percipiens, gemino defectu. et sic
ego nunc patior. nolite dicere sicut iudei qui audientes deum
dixerunt ad moysen: loquere tu nobis, non loquatur nobis dominus,
ne forte moriamur. non enim terribilis est nunc deus sicut tunc. postquam enim
indutus factus est dulcis. unde dicitur quod loquitur pacem in ple-
bem suam et super sanctos suos. Audite ergo quid per os parvuli
et per os meum loquitur nobis deus. non magis(?) testimonium
et certum reddidimus de hiis que diximus [illegible]. quid est hoc verbum
vite. non autem de verbo vite. Sed quid est hoc verbum? Duo
verba dixit videlicet de verbo et vite. unum [illegible] est. aliud
est dulce. unum conferunt et elevant intellectum alterum perficit
affectum. et hec est tota vita beata intelligere deum et diligere.
Sed cum audis verbum cave ne credas esse sicut verbum nostrum. Hoc
enim verbum [illegible] quod sit cum verbo dei sed est tamen nostrum dissi-
mile. verbum enim nostrum numquam totum est sed una sillaba post
alteram profertur et cum una est plana altera succedit et illa
prius desinit esse. non sic autem intelligas de verbo per quod omnia
facta sunt. est enim totum simul et prius non habet. permanet
enim et non fluit. unde dicitur de eo: omnia preteribunt et ipse permanet, omnia innovat.
nec perdit quod sic vox per partem post partem. sed totum simul. sicut enim lux solis
in toto emisperio diffunditur in instanti ut patet. multo magis
lux eterna tota simul a principio procedit. est verbum ut sapiens dicit
candor lucis eterne. et ut dicit apostolus splendor glorie. nec intel-
ligas sic de verbo nostro quod postquam totum est planum desinet esse.
non hoc manet in eternum. unde ysaias dicit: omnis caro fenum et
omnis gloria eius quasi flos agri. et subdit exsiccatum est fenum et cecidit
flos. verbum autem domini manet in eternum. nec intelligas quod sic
verbum nostrum est a nobis separatum ita est planum, ita verbum patris sit se-
paratum a patre. ipse dicit ego et pater unum sumus. et iterum: ego
in patre et pater in me est. vox hic ad scilicet verbum enim nostrum
ubique totum ad aures singulorum diffunditur et omnibus representatur
licet non omnes eque intelligant. et mentis conceptum declarant. ita
et verbum patris ubique totum simul est per essentiam potentiam et presentiam.
Si ascendero igitur in celum tu illic es. si descendero ad infernum
ades. in primo quod deum omnibus representat et omnia alia quod videt
scilicet in verbo in superessentie simul. unde est sicut speculum in quo

. nostrum

sapientie 7.

sap. 7. ad heb. primo

Jo. 10.

Jo. 14

ps

attingit a fine usque ad finem fortiter

sapientie 7.

simul omnia videt quod sit in ipso. dicitur enim de eo speculum sine ma-
cula dei maiestatis et imago bonitatis illius. Sed etiam verbum
nostrum declarat ut mentis nostre conceptum ita et verbum hoc nobis
manifestavit patris secretum. unde dicitur: Deum nemo vidit
umquam. unigenitus filius qui est in sinu patris ipse enarravit. et
veritas dicit ad patrem. ego te clarificavi super terram. et
apostolus de salute nostra quam enarrabat medius ait. Que cum ini-
tium accepisset enarrari per dominum ab eis qui audierunt in nos
confirmata est contestante deo signis et portentis et variis
virtutibus et spiritus sancti distributionibus secundum suam voluntatem. et
ipse dominus coram pilato ait. Ego in hoc natus sum et ad hoc
veni in mundum ut testimonium perhibeam veritati. Sed quod
enarravit est per carnem assumptam. sicut enim verbum cordis
manifestatur per verbum vocis ita verbum dei per carnem assumptam
factum est visibile hominibus. unde cum Johannes dixisset verbum
caro factum est statim subiungit et habitavit in nobis. et
post inquit et vidimus gloriam eius gloriam quasi unigeniti a patre
plenum gratie et veritatis. Et hoc modo verbum vite dicitur
quod hoc enim nobis vitam prestitit. unde de ovibus suis loquitur
ait. Ego veni ut vitam habeant et habundantius habeant.
Sed quam hec vita sit videamus. Vivere enim dupliciter
dicitur. aliquando enim pro ipso esse viventium accipitur unde in philosophia
vivere viventibus est esse. aliquando vero pro operatione vivent-
tium. unde et dicitur a philosopho quod cum certa animalia vivunt imagi-
nationibus et memoriis vivunt. homo vivit arte et
ratione. aliquando vero opus aut viventium est triplex generale secundum
triplicem animam scilicet vegetativam sensitivam et intellectivam. opus
enim vite vegetative est nutrire augmentare et ge-
nerare. sensitive vero sentire per sensus exteriores et in-
teriores appetere et etiam movere secundum locum quantum ad alia
perfectiora. opus intellective est intelligere et diligere. sic
aliquando vita accipitur opere vero in quo homo delectatur et
in quo frequentius insistit secundum quam [illegible] acceptionem dicitur
salomon hec homo vivit in contemplationibus ille in voluptatibus
et vita huius hominis est contemplatio illius non eadem. et secundum hoc

sapientie 7.

Jo. primo

Jo. 17.

ad heb. primo

Jo. 18.

Jo. primo

Jo. 10.

Vivere dupliciter accipitur.

operatio viventium duplex

vita quo accipitur

distinguimus vitam contemplativam ab activa. Sed hoc verbum
dei est verbum vite quamquam non vitam accipiat. Si enim pro
vite initio capiatur hoc verbum invenitur omnibus dat esse. quia
per ipsum omnia facta sunt. Sic omnia pascit et nutrit. Re- *Matt. 6.*
spicite volatilia celi quia non serunt neque metunt neque con-
gregant in horrea et pater vester celestis pascit illa. Sic etiam
pater pascit illa quia et filius quia omnia que facit pater facit filius.
unde dixit. pater meus usque modo operatur et ego operor. et sicut *Jo. 5.*
quecumque enim ille facit hec et filius sic facit. Ideoque
pauperes volens omnes revertere ad hoc verbum quod pascit
omnia. non enim in solo pane vivit homo sed in omni verbo quod pro- *deut. 8.*
cedit de ore dei. et tamen ipse dabit nobis panem non solum
in terra sed etiam in celo. ego igitur sum panis vivus qui de celo
descendi. Sic quando dat manna non nisi dabit vivum. Si enim *Jo. 6.*
fenum agri quod hodie est et cras in clibanum mittitur *Matt. 6.*
deus sic vestit quanto magis vos modice fidei. Sic hoc
est verbum quod prebet vitam intelligentie. Sed igitur
sapientia verbum dei in excelsis. hic Salomon cum *petebat*
diceret. da mihi sedium tuarum assistricem sapientiam. et iterum.
Mitte illam de celis sanctis tuis et a sede magnitudinis tue *Sap. 9.*
ut mecum sit et mecum laboret ut sciam quid acceptum
sit apud te. Hoc igitur est verbum quod prebet vitam bone con-
versationis et sancte operationis in tota scientia spiritualis
vite. enim ait apostolus proposuit in eo in dispensatione plenitudinis
temporum instaurare omnia in Christo que in celis et que in terra sunt in ipso. *ad eph. p°*
Vita enim christiana consistit in fide spe et caritate.
Sicut hec habuerit et si non fuerit operatus magis non valens
operari salvabitur. De fide enim dicitur. Ei qui non operatur cre-
denti autem in eum qui iustificat impium reputatur fides eius
ad iustitiam secundum propositum gratie dei. De spe autem. Spe enim *ad Ro. 4.*
salvi facti sumus. De caritate autem. finis precepti est
caritas de corde puro. Hec autem tria perdunt a deo *p° ad ti. p°*
per Christum non solum quia sunt ab ipso sed etiam quia sunt in ipsum. oportet enim cre-
dere in deum et in ipsum sperare et ipsum diligere. et hec
est tota vita spiritualis. De primo dicitur. Iustitia dei est per fidem Ihesu
Christi in omnes et super omnes qui credunt in eum. et iterum. Si *ad Ro. 3.*
moram fecerit expecta illum quia veniens veniet et non *abach. 2.*

tardabit. Ecce qui incredulus est non erit recta anima eius
in semetipso. iustus autem in fide sua vivet. De spe autem dicitur
memor esto verbi tui servo tuo in quo mihi spem dedisti. hec me *ps.*
consolata est in humilitate mea quia eloquium tuum vivificavit
me. De caritate autem. Si quis non amat dominum nostrum *p° ad Cor. ult°.*
Ihesum Christum sit anathema maranatha. Ergo patet quod tota
vita spiritualis consistit in ipso quod recte dicitur vocari verbum
vite. Reparamini autem. honorem accessum habemus in gratiam istam in qua stamus et *ad Ro. 5.*
gloriamur in spe filiorum dei. Ex ipso quoque procedit tota vita ma-
ximo quia est vita vivida quia sine ipso reputabimur nichil. ait enim
Sapientia. Et si quis erit consummatus inter filios hominum si abfuerit ab *Sapie. 9.*
illo sapientia tua in nichilum computabitur. Sed quomodo hoc verbum factum
sit vita nostra audite. Hoc est enim mirabile dictu. moriendo
enim factus est nobis vita. a morte enim nostra moriendo de-
struxit. O altitudo divitiarum sapientie et scientie dei quam incompre- *ad Ro. 11.*
hensibilia sunt iudicia eius et investigabiles vie eius. Quis enim cognovit
sensum domini aut quis consiliarius eius fuit. Quis unquam audivit
tale ut hunc sic. O quam magnificata sunt opera tua domine ni- *ps.*
mis profunde facte sunt cogitationes tue. Vir insipiens non
cognoscet et stultus non intelliget hec. O vos mira-
biles omnes nos qui nihil fuimus mortui eramus et verbum commu-
nicavit quod omnia fecit mortuum est ut omnes vivamus. Si igitur *2° ad Cor. 5.*
unus pro omnibus mortuus est ergo omnes mortui sunt. et pro omnibus mor-
tuus est Christus ut et qui vivunt iam non sibi vivant sed ei qui
pro ipsis mortuus est et resurrexit. Igitur Christus vita per moriendo
factus est vita nostra et per mortem destruxit mortem. Ubi *p° ad Cor. 15.*
est o mors victoria tua. ubi est stimulus tuus. victo-
riam precedente occidendo. quid ergo [illegible] mors te destruxit
quanto magis vita. O mors ubi est victoria tua. te mor-
tuus destruxisti. ubi est stimulus tuus. stimulus autem
mortis peccatum est. peccati autem destructio est in eo crucem
in vulneribus Christi. Ecce videtis fratres quomodo hoc est verbum vite
id est vita nostra. est enim per mortem cum vita tota hoc negat.
et si adhuc alius habundantius intelligere audite aliam
modum quo vivas nostras spirituales vivificent. non nisi panis *Jo. 6.*
est cum vita nostra. ipse ait. ego sum panis vivus

et si quis manducaverit ex hoc pane vivet in eternum. et pa-
nis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita. hic
est enim panis celestis panis angelorum quem manducat ho-
mo vere mirabilis manducat dominum pauper servus et humilis
sed non omnibus hic panis est vita. est enim panis spiritualis et
qui non comeditur sicut alii cibi. quamvis enim sit vera caro
Christi non tamen est ad nutriendam carnem sumptus. spiritus enim est
qui vivificat. caro autem non prodest quicquam. et ideo solis
spiritualibus prodest. alius enim homo non percipit ea que sunt spiritus dei.
sed ecce hodie [illegible] panem spiritualem [illegible]. dicere in
quam ad missas audiendas venientes [illegible] nonne ad hunc
cibum spiritualem? omnes enim qui sunt ad missas [illegible]
[illegible] unius corpus cuius sacerdos est caput ad capiendum
unum cibum omnes. Sed dic michi fili quo vadis? quo te coniungis
illi capiti? spiritualiter an corporaliter? si solum corporaliter non
est prodest. si spiritualiter devotus cibi illius in animam tuam descen-
dere. Sed heu paucis [illegible]. si venimus aliquando si co-
gimus multi [illegible] quod non prodest ibi [illegible]
o quam hodie nesciunt quod faciunt ad missas euntes. sed
solum consuetudinem sequuntur. sed quod dicit scriptura [illegible] si quis
offerat oraturus. Multi autem non solum non attendunt ad mis-
sas sed ibi multa mala faciunt aspiciendo mulieres
cogitando prava. et sepe loquendo et turbando sacerdotem
et alios qui devotiores sunt. Alii volunt missas festina-
nas. et frequenter [illegible] est languidum quia sequuntur presbyteros
sed quod dicitur [illegible] doctrinam est presbyteros non sequuntur. nam quid
boves currum trahentes sequuntur currum. [illegible] quod non est hic
abusio ut caput a membris regatur? Non enim debent
presbyteri docere sacerdotes sed ab ipsis addiscere. Labia enim
sacerdotis custodiunt scientiam et legem requirent ex ore eius
quia angelus domini exercituum est. Sed nunc est sacerdos sicut hec
nescis. audi dominum quid ipse dicit per prophetam. quia scientiam
repulisti repellam te ne sacerdotio meo fungaris. o quam
hodie [illegible] ornati sunt sacerdotes. et
vos o cives estis huius rei causa. utrisque enim facitis filios vestros
sacerdotes et episcopos propter beneficia et non sunt digni. et destru-
itis et dissipatis ecclesias dei. creditis vos quod ad restitu-
tionem non teneamini. sed enim ad restitutionem tenetur ille

Jo. 6.
2 ad Cor. 2.

non de misse

1 ad Cor. 14.

di. 62. c. docendi

malach. 2.

[illegible]

qui alios sequens conculcavit quo magis ipse destruit ecclesiam de-
tinemini enim. et quantum ad spiritualia et quantum ad temporalia. quia [illegible] re-
tentis reddere. [illegible] excusatione vestra bona est quia diceris co-
gnosco quod filius meus est aliquis bonus est. quia non sufficit quod
sit bonus quadam bonitate civili vel bonitate spirituali
sed multa requiruntur [illegible] sed oportet quod sit scientia [illegible] perfectus
et scientia spirituali ita exercitatus quod possit alios docere. et non
sufficit habere [illegible] portare nec [illegible]
scientiam [illegible] sufficientem [illegible]. Itaque fratres
qui destruit ecclesiam dei et vos estis constructores et sic in-
cidetis in manus domini. horrendum est autem incide-
re in manus dei viventis. Sed revertamur ad propositum colligen-
tes in summa que diximus quo bona [illegible] et longe [illegible]
quam credebam. Annuntiamus enim vobis quod audivimus et
vidimus et contrectavimus de verbo vite. quod est cibus vite
naturalis et spiritualis per fidem spem et caritatem et sacramentum
altaris. et cum vita eterna ad quam nos perducat dominus noster Ihesus
Christus dominus noster qui est benedictus in secula amen.

ad he. 10.

Explicit sermo 4us.

Et vita manifestata est. Si memores estis fratres
dilectissimi in sermone precedenti dum declaravimus duo
verba beati Jo. [illegible] de verbo vite.
exposuimus [illegible] verbi dei [illegible] in qua
quod comparatione [illegible] intelligere [illegible] al-
titudinem [illegible] manifestans. In super declaravimus et fuit
quare dicitur verbum vite quia scilicet est cibus vite naturalis et
et spiritualis. [illegible] efficiens et obiectum. [illegible]
[illegible] et manet in nobis [illegible]
[illegible] consistit. et [illegible] alium modum quo est per
sacramentum eucharistie. [illegible] ad [illegible]
transcendens. Sequitur enim evangelista. Et vita manife-
stata est. [illegible] verbum et sic [illegible] clara [illegible]
indiget non prius exponere. Si enim [illegible]
[illegible] manibus confricare [illegible] apostolorum non [illegible] fru-
ctum [illegible] confirmet. [illegible] ego [illegible] indignus apostolorum [illegible]

offerim(us). vos autem debetis fructum convertere quod vobis ex
constructis [illegible] offero, et in fructum redigere et deside-
rantes [illegible]. quid enim prodest [illegible] horrea plena fru-
mentis si numquam [illegible] et [illegible] ex eis pascat. In-
telligite quod dico. ego itaque vobis declarabo obscuritatem
scripture et ad intelligentiam deo inspirante reducam. Vos
autem erit ruminare et [illegible] et convertere et in
illis delectari et [illegible] operari. Audire enim non rumi-
nantes despiciuntur in lege. audientes autem et non facientes [illegible]
[illegible] accipit. Servus enim sciens voluntatem domini sui et
non faciens vapulabit multis. Et beatus Jacobus ait. Estote
factores verbi et non auditores tantum fallentes vosmetipsos.
Quia si quis auditor est verbi et non factor, hic comparabitur viro
consideranti vultum nativitatis sue in speculo. consideravit enim
se et abiit et statim oblitus est qualis fuerit. Videamus
ergo desiderantes operari quid sibi velit hoc verbum et [illegible]
necessitatem est. Hoc itaque verbum eripuit homines a maioribus
tenebris et a caliginosa [illegible] in qua detinebantur absque
ullo remedio. et magnum affert gaudium intelligentibus. Unde
et beatus Jo. [illegible] post hec [illegible] alia verba scribere. Hec scri-
bimus vobis ut gaudeatis et gaudium vestrum sit plenum. Ego
in superiori enim sermone declaravi [illegible] utrique [illegible]
[illegible]. et unum [illegible] distinctionis fuit quod aliquam [illegible]
[illegible] per [illegible] in quo [illegible] et [illegible] magis [illegible] delectatur.
Sed [illegible] est maior [illegible] in quo consistit
dictum fuit? Stulte hac nocte animam tuam repetunt a te que autem
que preparasti cuius erunt? Sic nunc faciunt divites et du-
quia ut ait propheta. Tesaurizat et ignorat cui congre-
gabit ea, Nunquid tempore diluvij credebant illi homines mori?
et tamen subito perierunt: sic et contingit nobis. Et ideo dominus
mathei 24, ait Sic .n. erant in diebus ante diluvium comedentes
et bibentes et nubentes tradentes usque ad eum diem quo intravit
noe in arcam et non cognoverunt donec venit diluvium et tullit
omnes ita erit et adventus filij hominis. Nunquid primogenita egypti
credebant se mori illa nocte? credebant .n. vivere se et multo
tempore post Sed ut ait scriptura exodi 12. Factum est autem in noctis
medio percussit dominus omne primogenitum in terra egypti a primoge-
nito pharaonis qui in solio eius sedebat usque ad primogenitum capti-
ve que erat in carcere. Nunquid exercitus Sennacherib regis

assyriorum credebat se nocte una debere occidi sine bello?
imo credebant debere hyerusalem. Sed quid dicit scriptura. 4° regum
19 et 2° paralipomenon 32. Factum est igitur in nocte illa ve-
nit angelus domini et percussit in castris assyriorum centum octoginta quinque
milia. cumque diluculo surrexisset .s. Rex vidit omnia corpora mor-
tuorum, et recedens abijt. Ut cum magna ignominia. Audivi
quondam ab uno fide digno qui fuit presens huic facto. quod .s. mane
quedam propera matrona tota die in domo et discurrendo currens sibi la-
borabat. vespere autem cum esset apud ignem et parvulum filium haberet in ma-
nibus alijs videntibus cecidit mortua subito. o miseri homines
o ceci qui credunt semper vivere. Unde bene dicit Job 21. Ducunt in
bonis dies suos et in puncto ad inferna descendunt. Et ideo
dominus dicit estote parati &c. estote parati non solum senes non solum
egroti sed omnes in omni genere et etate. Ecclesiastici 14. Memor esto
quoniam mors non tardabit, Quia pulvis es et in pulverem reverte-
ris. Locum quoque nescimus in quo sumus morituri. o homo in qua
regione morieris? si hoc scis dicito mihi. in qua provincia in qua
civitate in qua domo? morieris in domo an in agro? in mari
an in terra? in deserto an in via? nemo hoc scire potest quia est
et de futuris contingentibus. sed ubique mors nos expectat. o quot
crediderunt mori in lecto suo qui suspensi sunt in patibulo, qui in ma-
ri mersi sunt, qui in deserto loco. Interroga mortuos ipsos si in loco
mortui sunt in quo credebant mori. Dicito ergo o Dathan et abiron
non ne credebatis vos mori pacifice et ad terram promissionis
pervenire? sed quo mortui estis? quando contradixistis moysi ut scri-
bitur numeri 16. sepulti sunt vivi in inferno. Unde ibi scriptum est.
disrupta est terra sub pedibus eorum et aperiens os suum devoravit
illos cum tabernaculis suis et universa substantia eorum. descenderunt que
vivi in infernum operti humo et perierunt de medio multitudinis

qui sicut se forte aperiat terram et deglutiat et nos propter scelera
nostra? Interroga filios israel qui erant cum moyse in deserto. non ne
credebant ad terram promissionis se posse venire. sed ~~fugam~~ et
tamen exceptis duobus Josue scilicet et Caleph omnes bellatores a vige-
simo et supra consumpti sunt in deserto. Ideo Apostolus commemorans hoc
ad hebreos 3° capitulo ait. Quibus autem offensus est quadraginta annis?
nonne illis qui peccaverunt quorum cadavera prostrata sunt in deserto.
Interroga pharaonem et eius exercitum si in mari sic subito credebat
mori. Interroga omnes qui in mare mersi sunt. qui occisi sunt in bello.
qui a latronibus sunt trucidati si in illis locis credidissent se invenire
mortem. Modum autem quo quisque morietur quis scire potest? dic
mihi o homo moriens febre correptus an potius gladio necaberis?
Interroga illam crudelissimam feminam Jezabel uxorem reginam israel
si credebat se debere illo modo mori quo mortua est. utique ut legitur
4° regum nono. Jehu Rex israel ~~fecit~~ qui prius fuerat suus mi-
les eam precipitare de fenestra. et canes comederunt eam et
solummodo de ea remansit calvaria et pedes et summitates manuum. Atha-
lia quoque quae mortuo filio suo ochozia interfecerat omne semen re-
gium cupiditate regnandi. ~~quam~~ Joiada pontifex iussit extra
templum occidi ut habetur 4° regum 11. Achitophel quoque cuius
consilium erat sicut consilium angeli numquam credo se suspendere? Absalon
mortuus est a Joab qui erat tam pulcher filius david suspensus ad quercum
ut legitur in 2° libro regum. Saul se ipsum occidit ut ipse legitur.
Joab interfectus a Salomone ut in 3° legitur. Sennacherib
a propriis filiis. Antiochus ~~a propriis filiis~~ herodes scaturiens
multis vermibus. Alii quoque in innumerabilibus diversis morbis necati
sunt. alii pestilentia alii fame. Et ideo estote parati
quia qua hora non putatis filius hominis veniet. Et ut dicitur ecclesiastes 12.
memento creatoris tui in diebus iuventutis tue antequam veniat tempus
afflictionis tue et appropinquent anni de quibus dicas non mihi placent

> numerati

> dolore viscerum ut legitur in machabeorum libro.

Crudelitatem quoque mortis debemus attendere. nam omnia bona nostra auf-
fert a nobis: et vitam perimit. et crudeliter interimit. Ideo dicitur
ecclesiastici 41. O mors quam amara est memoria tua homini pacem haben-
ti in substantiis suis. Cum enim homo inanis recordatur quod omnia ista per mor-
tem sibi auferentur cruciatur. Privat enim hominem mors omnibus honori-
bus ut dicit ysaias 40. Omnis caro fenum et omnis gloria eius quasi flos agri
exsiccatum est fenum et cecidit flos. id est homo mortuus est et
gloria eius cum eo est destructa. Privat quoque divitiis. o miseri
divites quid vobis proderunt vestre divitie cum non possint vos libera-
re a morte? unde psalmista ait. Sed insipiens et stultus peribunt
et relinquent alienis divitias suas et sepulchra eorum domus illorum in eternum
Et etc. Ne timueris cum dives factus fuerit homo et cum multipli-
cata fuerit gloria domus eius quoniam cum interierit non sumet omnia neque descen-
det cum eo gloria eius. Privat hominem potentia. Interroga holofernem
si qui terras fecit tremere si potuit mortem superare. vna enim vi-
dua eum interfecit ut legitur in libro Judith. Quis enim fortium umquam
potuit mortem superare? quinimo sicut dicit David Sicut oves in inferno
positi sunt mors depascet eos. Privat et voluptatibus. in morte
enim deficiunt cythare et cymbala cantus et olfactoriola. et ut
ait ysaias 3°. In illa die auferet dominus ornamentum calciamentorum
et lunulas et torques et monilia et armillas et mitras et di-
scriminalia et periscelidas et murenulas et olfactoriola et
inaures et anulos et gemmas in fronte pendentes et mutatoria et pal-
liola et linteamina et acus et specula et syndones et vittas et
teristra. et erit pro suavi odore fetor et pro zona funiculus
et pro crispanti crine calvitium et pro fascia pectorali cilicium. Tunc
enim ut ait idem ysaias 14 Subter te sternetur tinea et operimentum
tuum erunt vermes. Et ecclesiastici 10. Cum morietur homo hereditabit
serpentes et bestias et vermes. Et in hoc magis crudelitas
apparet dum non solum privat bonis sed et infert mala. Secundo.

apparet crudeliores mortes quia nos occidit. Si enim aliquis dux caperet
aliquam civitatem et nulli conditioni hominum aut mulierum parceret nonne
crudelis esset? [struck] sic talis est mors. Hec non potentibus parcit nec
sapientibus nec magnis nec parvis nec viris nec mulieribus nec iustis nec
iniustis nec pulcris nec turpibus. o mors una nunquam parcit tibi
mors propter tuam speciem? nunquam potes cum verbis tuis mollibus ad
tuum amorem trahere? nunquam capies cum amore tuo? ipsa
enim crudelis est et crudeliter te interficiet. o [struck] philosophe
et sapiens scito quid proderunt [struck] tibi sophismata? non
ut ait Salomon eccl. 3. Unus est hominis interitus et iumentorum et
equa utriusque conditio sicut moritur homo sic et illa moriuntur. similiter spi-
rant omnia et nihil habet homo iumento amplius. Ceterum crudelis mors
quia crudeliter interficit. Nunquam enim aliqua compassione movetur erga
morientes qui sunt in doloribus constituti. [struck] in tantis doloribus
enim sunt quod nesciunt si sunt in celo an in terra dato et quod moriantur
in lecto suo. Et aliquando circumstant affines cognati filii quod veniunt et
cruciantur requirentes quod omnia reliquerunt. et ideo in morte est
maximus dolor. [struck] Unde propheta volens magnum dolorem notare ait:
dolores mortis circumdederunt me. Preterea anima separatur a corpore
cum tanta fecerit amicitiam unde est magna angustia illa separatio sicut
separatio a dulci amico. Item est maximus dolor quia separatur ab homine
id quod maxime appetit scilicet semper esse. omnia enim appetunt esse. propter quod dicit
Aristoteles qui fuit gentilis in ethicis. Terribilissimum mors. Et
rationem assignans ait. terminus enim est. est enim finis omnium que sunt
hominis, et postea nescit homo quid in alia vita debeant fieri. Et
hoc maxime est terribile peccatoribus qui nihil aliud expectant nisi
magnas penas. et quas et ineffabiles inferni. Et ideo o
fili mi recordare quia pulvis es et in pulverem reverteris. et ut dicitur
eccl. 7. In omnibus operibus tuis memorare novissima tua et in eternum
non peccabis. [struck] Et sic per amorem mortis pervenies
ad amorem Christi cui est honor et imperium in secula amen.

Ihs

Vanitas vanitatum et omnia vanitas. Eccl. primo cap.
omnia enim transeunt et solus deus permanet. propter quod o anima mea
solus deus est ex toto corde diligendus: cetera autem existimanda sunt
ut stercora quia sicut fumus transeunt et omnia sunt variabilia. Sunt
quippe variabilia et incorporalia et corporalia et casualia.
Sed videamus primo ordinem universi et postea videbimus qualiter omnia va-
riantur. In genesi primo legimus. In principio creavit deus celum et
terram, per celum quippe intelliguntur nature angelice. per terram
vero corporales formas(?). Angelos autem deus rectissime ordinavit
quosdam enim superiores et nobiliores ut voluit, quosdam inferiores.
post angelos vero corpora celestia incorruptibilia, que exornavit
ex astris, ex sole et luna et ceteris planetis. post hec elementa
disposuit. [struck] ignem primo post quem aerem et post hunc aquam et
postremo terram. aerem enim volatilibus implevit, item aquas piscibus
terram vero animalibus inferioribus(?). post hec omnium hominem creavit
ad imaginem et similitudinem suam. posuitque eum in paradiso voluptatis.
sed quia inobediens fuit, expulsus de paradiso, necesse fuit ei
quod laboraret terram sicut dictum est ei. In sudore vultus tui vesce-
ris pane tuo. Crescente autem malitia hominum factum est ut
unusquisque diceret hoc meum hoc vero tuum cum natura omnia com-
munia. et totum hoc rabies augmentata est ut omnes cum ferro(?)
hoc alterius sunt percussi(?). et unusquisque cum ad bonam fortunam
anhelat: et hec sunt divicie bona scilicet casualia. Unde in hominibus
facta est alius ordo in universo. hi enim [struck] divites sunt. hi pauperes
sunt. hi principes sunt. hi mercatores sunt. hi piscatores sunt. hi
sartores sunt hi hoc hi illud ut ad lucrum. Huic autem ordini
malitia hominis fecit. Unde credendum inventum hunc fuisse Cayn quia
legitur gen. 4°. quod edificavit civitatem [struck]. Unde et de [struck]
Nemrod legitur gen. 10°. Ipse cepit esse potens in terra et
erat robustus venator coram domino i. oppressor hominum coram i. contra.

tres ordines in universo.

o hominis presumptio o cupiditas iniqua o malitia diabolica.
per quam omne malum in mundum venit. Radix cupiditas est enim
radix omnium malorum ut dicit apostolus ad primam ad thy. 4º Sed nunc
ostendo tibi anima mea quia non est stabilitas in creaturis ullis.
Et vera ratio ullis ad omnes creaturas a S. tho. in prima parte q. 9. ar. 2.
quia omnes sunt mutabiles per potentiam alterius scilicet dei. deus enim omnia in esse sustentat
sustentat sicut sol omnia illuminat. remoto autem sole lumen
permanere non potest. et ita si deus suam virtutem retraheret a rebus
reducerentur in nihilum. Sed quia magis dubitari potest de in
mutabilitate ideo ab eis incipiam particulariter. Incorporalia enim
secundum suam substantiam corrumpi non possunt. quia ut dicit S. th. in prima parte q.
corruptio est separatio forme a materia. cum igitur ipsa non habeant materiam
igitur. sed et si hoc modo sint invariabiles angeli secundum se tamen sunt
variabiles secundum affectum. hoc autem nullo alio modo probamus quam per ca-
sum eorum. nam ut dicit S. d. in prima parte q. . . . omnes angeli
fuerunt creati boni quo ad naturam et quo ad gratiam. ~~nam~~ natura eorum
mala esse non poterit. quia ut dicit apostolus prima ad thy. 4º. Omnis crea-
tura dei bona ~~erat~~ et voluit autem ille ut creditur luci-
fer esset excellentior non esse deo vel non subiici deo quia scivit
hoc esse impossibile sed habere suam beatitudinem per sua merita. per quam superbia
cecidit agitur et in eternum manebit in penis. ~~Quomodo cecidisti~~
Isaias dicit 14. Quomodo cecidisti de celo lucifer qui mane
oriebaris. corruisti in terram qui vulnerabas gentes. qui dicebas
in corde tuo. in celum conscendam super astra celi exaltabo so-
lium meum et cetera Attendo o superbe homo. si iste de celo cecidit
per superbiam qui est tam fortis. quomodo tu de terra ascendes in celum qui
es pulvis et cinis. o anima mea vides quia in huiusmodi angelis
quanta est variatio in cordibus eorum. o Lucifer ubi est tua
pulcritudo? ubi est tanta gloria? sed fallax est gratia et vana est
pulcritudo qui timet dominum laudabitur. ubi est tuus intellectus?
ubi est tua sapientia? ubi tua prudentia? ubi scientia? ubi potentia?

hec de intellectu
eorum ad dicta
exponendo in esse
homines g. et cetera

variatur animantium et omnia variatur. quare non egisti gratias deo?
quare ei non adhesisti? quare dominum non timuisti? et nunc eras omnium
excellentissimus. Vide igitur o anima mea quia etiam in angelis fuit
variatio. quia quicquid creatum quod a deo separatur est certissime in
variatione. melius est igitur deum diligere et non nisi ab eo querere. quid
prodest alias nobis sapientia? quid sanitas? quid intellectus? quid esse vir-
tutes. omnia enim sunt vanitas. sicut dicit ecclesiastes primo. Vidi que fiunt cuncta
sub sole et ecce universa vanitas et afflictio spiritus

Corporalia quoque omnia variantur aliquomodo. namque celestia corpora et
si secundum substantiam mutari non possint tamen continue variantur et mutantur
secundum locum. quid enim volubilius celo et quid velocius? transit enim tanta
magnitudo in 24 horis fere infinitum spatium. et sicut pereunt
tempus: unde transeunt anni more fluctus aque. nec potest tempus perdi-
tum recuperari. o ~~a~~ anima mea ~~non~~ existimemus hoc tempus quam
velociter currat. et ut apostolus ait tempus breve est, quando est
mane, est nox. nunc estas et ecce hyemps et cetera. dum igitur tempus habemus
operemur bonum, quia venit dies cito et non est longe, et dicit Io.
in apocalypsi. ultimo c. Tempus prope est. qui nocet noceat adhuc et
qui sor. e. sor. a. et iustus iu. a. et s. sa. ad. ecce venio cito
et merces mea mecum est reddere unicuique iuxta opera eius. Preterea
mutabuntur celi quo ad qualitates in die iudicii. unde in psalmo dicitur.
Opera manuum tuarum sunt ipsi peribunt et cetera et est post ultimo. Adve-
niet autem dies domini ut fur in quo celi magno impetu transient et cetera
Planete quoque continue moventur hic et ibi. unde ecclesiastes primo. Oritur
sol et occidit et ad locum suum revertitur ibique renascens gyrat per
meridiem et flectitur ad aquilonem. et sic de aliis est dicendum.
Corpora quoque elementorum variabilia sunt. namque secundum philosophos continuum

115

ress ... corrupcio. Ignes ... exarere et ... quod ... et sic de aliis. Vn videm ... nobis nocet aeris mutatio. modo n. calor ... e frig ... o amator mundi ... tibi superest aere ... separatu. o ... quos permanere poterit ... non ... sunt ... o ... mundani qd frustra laboratis cu no possetis nobis facere ad stabile. audeam ... Salomonem ... 2°. Cum me conuertissem igitur ad vniuersa opera q fecerant manus mee et ad labores ... frustra sudaueram vidi i ... vanitatem et afflictionem ... et ... permanere sub sole. De ... corporis ... misereris qd dubi ... q ... transeunt. Omnia n. animalia moriuntur ... eccl. 3. Cuncta subiacent vanitati et omnia pergunt ad vnum locum. De terra facta sunt et ... pariter reuertuntur ... et p° ... Generatio preterit et generatio aduenit terra autem i eternum stat. ... filiorum israel perierunt et alia venerunt ... et ... flumina ... moriuntur ... et fluunt. Vn sbdit Omnia flumina intrant in mare et mare non redundat. ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur ut iterum fluant. Vn nihil ... temporibus istis qd non fuerit an. et de istis q nunc sunt non erit i futurum memoria. ideo sbdit. Quid est qd fuit ... qd futurum est. qd est qd factum est ... qd faciendum est. Nihil sub sole nouum : ... dicere ecce hoc recens est iam n. precessit i seculis q fuerant an nos. non est priorum memoria sed nec eorum qd q postea futura sunt erit recordatio apud eos q futuri sunt i nouissimo. ... non desyderemus ... et noli diligere mundum qz vanitas vanitatum ...

Casuales ... vana sunt et vanissima. ... mundus ... rotundus ... mundi quem nos facimus ... rotunda. vn solet fieri ... rota ... fortune. et quidam sunt ... quidam i medio alii ... postremo. ... vanitas. Illi

... sunt ... dicunt regno. Sed no aduertunt q continue volui rota velociter. non ut dicit Salomon eccl. 3. Omnia tempus habent et suis spaciis transeunt vniuersa sub celo. o stulte credis semper regnare cum i finiti reges ia mortui sunt et destructi. Ubi est n. regnum magnum ... ubi regnum Salomonis. Salomon ... preter ... reges diuitiis et gloria et sapientia. Legitur n. 3 regum 4. q erat sapientior cunctis hominibus. Et habuit pacem et tranquillitatem i regno. Vn reginam Sabba venit ad eum ducta fama eius. ut legitur 3 regum 10. et i paralipomenon. ... historia. ... cuncta ... desyderabat ... Salomonis Erat qz potens et diues i ... auri et argenti ... faceret ... aurum et argentum sic lapides i ... ierusalem. ... vn legitur i eodem 10 c°. Magnificatus est rex Salomon super omnes reges terre diuitiis et sapientia. et vniuersa terra desyderabat ... Salomonis ... audiret sapientiam eius quam dederat deus i corde eius. et singuli deferebant ei munera vasa argentea et aurea vestes et arma bellica aromata qz et equos et mulos p annos singulos. Voluptates qz habuit quas voluit. vn legitur i ... c° q habuit vxores reginas septingentas et concubinas trecentas. Sz qd ei ... tot et tanta bona cum omnia sint vanitas. Audi n. qd de seipso loquitur. Ego ecclesiastes fui rex israel i ierusalem : et proposui i animo meo querere et inuestigare sapienter de omnibus que fiunt sub sole. hanc occupationem pessimam dedit deus filiis hominum ut occuparentur i ea. Vidi q fiunt cuncta sub sole et ecce vniuersa vanitas et afflictio spiritus. et cetera. In medio qz rote est vanitas. non ibi sunt ... et diuites regnabo. Sed o stulte no ne vides vniuersa mundi vanitatem. Audi ecclesiastes ... Rursum detestatus sum omnem industriam meam q sub sole studiosissime laboraui habiturus heredem post me quem ignoro utrum sapiens aut stultus futurus sit et dominabitur i laboribus meis qz desudaui et sollicitus fui et est quicquam tam vanum. Et subdit. quid n. proderit homini de vniuerso labore suo et afflictione spiritus q sub sole cruciatur. Cuncti dies eius doloribus et erumnis pleni sunt nec p noctem mente requiescit. et hoc

non ne vanitas? Quidam ut descendunt divites regnum. quid quod prius
eis regnasse? Isti enim magnam habent afflictionem quando vident alios loco
eorum ascendere et se ipsos descendere. quare quando cadit in regno hoc non
~~pro~~ pendebant? Ideo Salomon ait eccl. 4°. Melior est puer pauper
et sapiens rege sene et stulto qui nescit providere in posterum quod de carcere
catenisque interdum quis egreditur ad regnum et alius natus in regno inopia consu-
matur, et hoc certe est magna vanitas. et fere in hac sunt involuti
diu enim divites sunt non cogitant de instabilitate fortune sed continue
laborant. o miser cui laborasti? o ceci hec que parasti cuius erunt?
et ideo in eodem capitulo supra dicit Salomon. Considerans reperi et aliam vani-
tatem sub sole. unus est et secundum non habet non filium non fratrem et tamen labora-
re non cessat: nec saciantur oculi eius divitiis nec recogitat dicens
cui laboro et fraudo animam meam in bonis? in hoc quoque vanitas est et
afflictio pessima. Tales quando deberent cognoscere mundi vani-
tatem. et tamen experti ex post fortuna non cognoscunt. sed adhuc
conantur ascendere. et hoc est in eis ex iusticia divina propter peccata enim exce-
cavit eos deus. unde eccl. 2°. Homini bono deus in conspectu suo dedit de
sapientiam et scientiam et leticiam. peccatori autem dedit afflictionem et curam super-
fluam ut addat et congreget et tradat ei qui placuit deo sed et hoc
vanitas est et cassa sollicitudo mentis. In fine quoque quibus vere
magna vanitas est. sibi enim sunt qui dicunt sibi sine regno. sed notandum quod
non intelligo de hiis qui pauperes voluntarie de quibus scriptum est beati pauperes
spiritu etc. sed de hiis qui sunt pauperes ex necessitate sortis: et isti sunt miserabiliores
omnibus hominibus. continue laborant ut acquirant divitias et postea in paupertate
sua moriuntur. de quibus ait Salomon eccl. 5°. Quid prodest ei quod
laboravit in ventum? Cunctis diebus vite sue comedit in tenebris et
in curis multis et in erumna atque tristicia. Isti etiam ab omnibus conculcantur
propter quod dicebat ipse in eodem 4°. verti me ad alia et vidi calumnias
que sub sole geruntur et lacrymas innocentum et neminem consolatorem nec
posse resistere eorum violencie cunctorum auxilio destitutos et laudavi
magis mortuos quam viventes et feliciorem utroque iudicavi qui nec dum
natus est nec vidit mala que sub sole fiunt. Et postea ab omnibus deridetur
unde in 9° est ait. sapientia pauperis contempta est et verba eius non sunt audita

et eccl. 13 Dives locutus est et omnes tacuerunt: et verbum illius usque
ad nubes perducent. pauper locutus est et dicunt. quis est hic? et si offen-
derit subvertent illum. Ecce igitur quam vanitas vanitatum et omnia
vanitas. Quid ergo faciendum est anima mea? dico dicendum cum propheta
mihi autem adherere deo bonum est ponere in domino deo spem meam. Quia ut
ipse in psalmo ait. Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum et
viam [illegible] usque in finem. Et ut dicit Jo. in prima epistola 2° c. No-
lite diligere mundum nec ea que in mundo sunt. si quis diligit mundum
non est caritas patris in eo. quoniam omne quod est in mundo concupiscentia carnis est
et concupiscentia oculorum et superbia vite que non est ex patre sed ex mundo
est. et mundus transit et concupiscentia eius. Qui autem facit voluntatem
dei manet in eternum. filioli novissima hora est. et sicut audistis quia
antichristus venit, nunc antichristi multi facti sunt. unde scimus quia novissima
hora est. Et ideo diligamus solum deum qui est gloria nostra ad quam
ipse nos perducat qui vivit et regnat trinus et unus benedictus in secula
seculorum amen. fiat fiat.

Omnes sitientes venite ad aquas. Isaie 55.

Intellexisti ex superioribus satis o anima mea quod et omnes morimur et omnia sunt vanitas. sed nunc ut magis ad dei amorem accendaris volo tibi ostendere quod et posito quod essemus immortales et res quae permanerent tamen non possent nostrum desyderium saciare nisi solus Deus. nam nec bona exteriora nec corporalia id est ad corpus nostrum veluti pertinentia, nec iterum preter deum possunt quietare nostrum appetitum. Sed primo nota ut Boetius dicit quod beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus. beatitudo enim est nostri desyderii quies ideo quod est dictum nulli horum quae novimus posse nostrum appetitum implere ac si diceret in nullo illorum consistit beatitudo nostra. Dico ergo quod exteriora bona non possunt nostrum appetitum quietare. exteriora enim bona sunt divitie honores gloria et potestas. Sed divitie hoc facere non possunt primo quia ad hoc quod appetitus quietetur oportet quod in aliquo firmetur tamquam in ultimo fine sicut homo fessus ultra gestari oportet quod firmetur in aliquo loco. sed appetitus non potest in divitiis firmari quia ut dicitur eccl. 5. Avarus non implebitur pecunia, quasi diceret non saciabitur quia crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit. unde [illegible] Statius. et qui amat divitias fructum non capiet ex eis, fructus enim est ultimum quod de arbore percipitur. ac si aperte diceret. appetitus eius non firmabitur in aliquo tamquam in ultimo sed in infinitum tendit quia appetitus divitiarum est infinitus. Hanc enim differentiam ponunt doctores inter divitias temporales et spirituales quia temporales qui non habet desyderat eas, sed qui habet eas ultra alias desyderat illas primas quasi fastidium generantibus. Sed spirituales qui non habet non desyderat quia non cognoscit eas. sed qui habet eas nihil ultra desyderat. divitie enim spirituales sunt caritas ipsa qua diligimus deum quia qui habet nihil desyderat aliud in hoc mundo. sed sic dicit propheta. Quemadmodum desyderat cervus etc. Vide Joannis 4 de temporalibus divitiis

118

q biberit ex hac aqua sitiet iterum. quia vs q habet intra bona temporalia
adhuc vult alia habere et nunquam satiatur ut exponunt. De diuitijs
autem spiritualibus subdit. Sed q biberit ex aqua quam ego dabo ei non si-
tiet in eternum. vz ad aliud / sed solum deum desyderabit q biberit ex
aqua gratie quam deus dat. Ex quibus patet q in diuitijs non potest nostrum
desyderium quietari. Item beatitudo dicit quoddam summum bonum ad quod
est ordinata creatura rationalis. sed hoc non ordinatur ad diuitias
imo magis ipse ordinantur ad hominem. nam diuitie naturales sicut
ut sunt victus et vestitus ad hominis nostre sustentationem ordinantur. et
artificiales ut sunt pecunie ordinantur ad naturales vz ad facien-
das commutationes. ergo in diuitijs non consistit nostra felicitas. imo
ipse sunt facte ut nobis seruiant ~~et ho~~ vnde et celum et quod est no-
bilius est factum in ministerium nostrum ~~vn~~ ut dicit deuteronomij 4o.
nam ait. Non vidistis aliquam similitudinem in die qua locutus est vobis dominus etc.
et subdit. ne forte eleuatis oculis ad celum videas solem et lu-
nam et omnia astra celi et errore deceptus adores ea et colas
que creauit dominus deus tuus in ministerium cunctis gentibus que sub celo
sunt. Vere domini sumus horum. et ideo psalmista dicit. Omnia subie-
cisti sub pedibus eius etc. o stulti nos et insensati homines. o
ceci q sumus facti serui eorum que debent nobis seruire. q sui-
mus in tantis rebus cum ipsi simus rationales. Item nullum imperfectum
potest perficere id quod est magis perfectum sicut quod est tepidum non potest ca-
lefacere id quod est valde calidum. sed anima est et homo nobilior est
cunctis rebus corporalibus creatis. et ideo non potest ab ipsis perfici.
Item illud non potest esse perfectiuum et quies nostra quod perturbat quietem nostram.
sed diuitie perturbant quietem nostram etc. vnde dicit Salomon ecclesiastes 5.
dulcis est somnus operanti siue parum siue multum comedat saturitas
autem diuitis non sinit eum dormire / Item illud non est nostra beatitudo
quod ducit nos ad interitum. sed diuitie multos ducunt ad interitum.

dicit enim ecclesiasticus 8. multos enim perdidit aurum et argentum / et hoc
quantum ad interitum corporis. Sed et ducunt ad interitum anime. vnde et
paulus dicit prima ad thymotheum 4o. ~~Qui volunt diui~~ nihil intuli-
mus in hunc mundum haud dubium quia nec auferre quid possumus. habentes
autem alimenta et quibus tegamur his contenti simus. Qui volunt diui-
tes fieri incidunt in temptationes et in laqueum diaboli et desyderia
multa inutilia et nociua que mergunt homines in interitum et perditionem.
Radix enim omnium malorum est cupiditas quam quidam appetentes erra-
uerunt a fide et inseruerunt se doloribus multis. tu autem o homo
dei hec fuge. sectare vero iustitiam pietatem fidem caritatem
patientiam mansuetudinem. certa bonum certamen apprehende vitam
eternam in qua vocatus es. Sic fecerunt multi omnes sancti hoc consy-
derantes. apostoli enim omnia reliquerunt. beati martyres et corpora
posuerunt propter deum. beatus franciscus nudus aufugit a patre. beatus
antonius despexit omnia dedit pauperibus. beatus thomas reliquit parentes
diuites [illegible]. et sic de alijs. quia ut dominus dicit difficile est diui-
tes intrare in regnum celorum / propter quod o seculares q cupitis vestrum
desyderium quietare venite ad aquas veras / ad nostras .s. gratie ge
Xpi. existimemus ea o anima mea cum hec vana sit honor / omnia
ut stercora sicut apostolus dicebat. quia ista sunt in ruinam et non
salutis. Sed forte dices q et si diuitie non possunt
nos facere beatos honores saltem hoc facient. Sed ~~ego~~ tibi ostendo
hec honores non posse facere. primo quia illud quod est extra nos non
potest nos perficere. quid enim prodest mihi videre cibum in mensa et non
comedere. nunquid potest cibus me nutrire si non residet in stoma-
cho. honor autem est extra hominem. quia ut dicit philosophus. honor est
in eo q honorat et non in honorato. 2o quia non potest esse
perfectum bonum quod est ad aliud ordinatum. quia perfectum habet rationem ulti-
mi quod ad aliud non ordinatur. sed honor fit ~~ff~~ alicui propter excel-

litteram. homines enim volentes aliquid exibere homini excellenti et vir-
tuoso / et non invenientes aliquid dignius premium virtutis quia premium eius est
beatitudo eterna ideo exibent sibi quod possunt scilicet honorem manifestantem
eorum excellentiam. et ideo cum honor ordinetur ad ostendendum hominis vir-
tutem / virtus erit nobilior honore: et ideo honor non erit perfectio
nostra: Item quod homines mentem exercerent non potest bonum perficere quia
perfectio magis consistit in mente. sed honor homines exercent secundum
oculos. unde dicit psalmista. homo cum in honore esset non intel-
lexit comparatus est iumentis etc. unde legitur Hester 5o. quod Aman
sublimatus a Rege assuero in statum superbum exercitus est quod non po-
tat tollerare quod mardocheus non faciet sibi honorem. et cum sibi
domi esset cepit suis satrapis et uxori narrare suam gloriam et
postea subdit. Et cum hec omnia habeam nichil me habere puto quamdiu videro
mardocheum iudeum sedentem ante fores regias. Nam mardocheus
ibi sedens nolebat eum adorare cum transiret. Unde ex appetitu
honoris in statum insaniuit quod non putabat se habere cum esset in tanto
honore apud regem. nisi mardocheus faceret sibi honorem. Et ideo
dominus postea fecit quod ipse honoravit mardocheum civitate: et
in fine quod mardocheo suspensus est in patibulo et mardocheus in suo
loco positus est a rege. ut legitur ibidem. Sed diceres gloria ipsa nos
beatos facit. et ego dico non mea quod gloria dei nos beatos facit
gloria vero hominis vana est. gloria etenim est clara notitia cum laude.
hec autem non in homine virtuoso est non in homine qui glorificatur est sed in aliis qui
eum glorificant. quare patet quod potest nos perficere quod in aliorum intellectibus
existit? Preterea gloria potest esse falsa. non mirum ypocrite lau-
dantur et habent gloriam de quibus dicit in mattheo. 6 amen dico vobis re-
ceperunt mercedem suam. hec falsa non potest bonum perficere. Item
id quod obscurat mentem non potest nos perficere. sed gloria est huiusmodi. Unde Johannes 4o dicit
Quomodo potestis credere qui gloriam ab invicem accipitis et gloriam que a solo
deo est non queritis. Sic enim. diabolus exercitus est. et sic herodes

quod ut legitur in ecclesiasticis hystoriis cum resideret in foro post [illegible] et
spectaculorum frequens. radiis solaribus ex adverso repercutiebatur in veste eius
intexta auro et argento et ex reflexione apparebat quidam fulgor
circa eum ita ut populus hanc rei ignorans miraretur. et statim pro-
ruperunt in laudes eius laudantes eum non tamquam hominem sed dicentes prout credidimus
te hominem fuisse nunc quendam divinum nobis representas. quare quia
in statum propter hanc gloriam exercitus est quod illas laudes recepit. et ideo
angelus percussit eum dolore viscerum et non multo post mala morte
reddidit. Sed diceres in potentia consistit nostra beatitudo. Sed nec sic
quietatur appetitus noster etiam si fuerimus domini totius mundi. Respice
Alexandrum magnum qui numquam quievit. sed totum mundum gubernaculat
cupiebat. et nec post fuisse contentus sed alter ad regnandum sibi alium
mundum hanelasset si esset aliquid preter ipsum. Et preterea tales potentes
sunt semper in timore. et amicos timent non dico inimicos unde multa
biberos sunt omnibus hominibus. et bene convenit eis quod ecclesiastes 4. Cunctis
diebus vite sue comedit in tenebris et in curis multis et in erumna
atque tristitia. Et infra 6o. Est et aliud malum quod vidi sub sole
et quidem frequens apud homines. Vir cui dedit deus divitias et substantias et
honorem et nichil deest anime sue ex omnibus quod desiderat. nec tribuit ei po-
testatem deus ut comedat ex eo. quia semper est in timore et numquam
perfecte gaudet. Unde legitur in vitis patrum quod Cum theodosius imperator
transiret usque heremum quendam / narratum est ei ibi ipse quendam
monachum solum vite habitare. quod audiens devotus imperator statim
de equo descendens depositis insignibus imperialibus iuit ad cellulam eius
et adiit. Qui ab heremita receptus et corporis solatio panem
et aquam cum sale apposuit ei ut comederet. respiciente vero
theodosio circumquaque per angulos cellule / et non vidit nisi quandam sporte-
llam et petens videre suspirans ait ego sum impera-
tor theodosius. tunc ille ad pedes eius provolutus veniam petebat. sed
theodosius induxit illo surgente. beati estis vos monaci qui pauca

non potest nos perficere

menimus quibus non [illegible] indiget [illegible] ad superna ducantur gaudia suspirantes. et de nullo alio est nobis cura in vitas nostras ad celestem patriam ducere. ego autem qui a cunabulis in curia imperatoris fui nunquam sine metus labore comedi. et cetera descessit. Monachus vero tunc ne[c] Christo Salvatori imperatores alii magnates ad eum venirent et tam paulatim vento vane glorie in cor eius subintraret illic descessit. Ergo considera fratres ex hoc si potestas est vera perfectio. Sunt tales sicut dominus dicit Matheus 23. Similes sepulcris dealbatis que foris apparent hominibus speciosa. intus vero plena sunt ossibus mortuorum et omni spurcitia. Ergo nec in divitiis nec in honoribus nec in gloria nec in potestate potest nostrum appetitus quietare. omnes ergo sitientes qui volunt verum desyderium implere veniant ad aquam domini nostri yhesu christi qui clamat alta voce qui sitit veniat ad me et bibat. quia ipse solus potest nostrum desyderium ad plenum quietare.

Corporis quidem bona ut est pulcritudo et ut fortitudo aut voluptates nos beatos efficere non possunt. Quis enim propter pulcritudinem corporis aliquem dicat esse beatum? Illud enim quod cito evanescit non potest desyderium nostrum quietare pulcritudo corporis est huiusmodi. Et ideo dicit de muliere sapiente Salomon proverbiorum ultimo. Fallax gratia et vana est pulcritudo mulier timens deum ipsa laudabitur. pulcritudo enim in corpore est sicut flos in agro. vidisti aliquem agrum floribus variis virentem: et ecce sol exuriens exsiccavit omnes et viriditatem et pulcritudinem et marcuit et ecce ager sine floribus. sic vidi aliquam mulierem vel hominem pulcrum et ecce cito febris vel alius morbus pulcritudinem repulit: ecce senectus velociter currens exsiccat membra, rugo in facie nascuntur, curvatur homo et deformis ante oculos omnium efficitur. Item id non potest nostrum desyderium pausare quod multa nobis mala gignit, immo istud nos magis perturbabit. ex pulcritudine autem multa saepe nobis mala eveniunt. et mala culpe et mala pene. Mala quidem culpe. quia et nobis et aliis sunt causa mali. Ex pulcritudine enim nascitur superbia et hoc est initium peccati quod adde

Unde legitur in Hester. quod Vasthi Regina cum esset pulcherrima et erat superba unde noluit ad regem Assuerum maritum accedere cum ab eo vocaretur. et eam deposuit de regno. In alios quidem generat peccatum dum trahit homines ad malum mulieres pulcre et homines pulcri ipsas mulieres. quod videmus cotidie fieri. Unde ecclesiastici 7 dicit. Et inveni amariorem morte mulierem que laqueus venatorum est et sagena cor eius. vincula sunt manus illius. qui placet deo effugiet illam. qui autem peccator est capietur ab illa. Multa quidem mala pulcritudo causat scilicet pene in se et in aliis. Legitur enim in genesi de Sara cum esset pulcherrima que fuit capta ab Abimelech rege et Pharaone [illegible]. Dina quidem filia Iacob capta a Sichem stuprata est et postea secutum est homicidium proximorum. David quidem voluit [illegible] uxorem propter pulcritudinem Bersabee et postea occidit virum suum fidelem militem cum multis aliis. o si possemus omnes numerare qui propter pulcritudinem perierunt. innumeri quippe sunt. Et ideo dicitur proverbiorum 5. Ne intenderis fallacie mulieris favus enim distillans labia meretricis et nitidius oleo guttur eius. novissima autem illius amara quasi absinthium. et lingua eius acuta quasi gladius biceps. pedes eius descendunt in mortem. et ad inferos gressus eius penetrant. Et ecclesiastici 7 [illegible]. Multos enim vulneratos deiecit et fortissimi quique interfecti sunt ab ea. Vie inferi domus eius penetrantes interiora mortis. Et ideo melius est fugere et si appropinquare pulcritudini mulierum et penitus nolle eas videre. propter quod pulcritudo non potest nos beatificare cum tot mala inferat nobis. et Fortitudo quidem corporis nos quietare non potest. quia sicut diximus de pulcritudine potest statim evanescere per infirmitatem et per senectutem. et etiam multa mala gignit sibi et aliis. Unde legitur in libro iudicum de Sampsone qui deceptus amore Dalide per incisionem capillorum perdidit fortitudinem et post augmentum perdidit se et alios. Unde videmus etiam quod isti fortes ex superbia volunt superare et ideo habentur odio ab aliis et sic sibi et aliis inferunt

mala. Et ideo non nobis competit fortitudo corporis apud deum. quia sic dicit
psalmista. Non in fortitudine equi voluntatem habebit neque in tibiis viri beneplacitum
erit ei. beneplacitum est domino super [illegible]. Esto ergo anima mea fortis mente et non
in bono. et fortis ad sustinendum temptationes. sicut dicit beatus petrus. prima epistola 5.
vigilate in orationibus quia adversarius vester diabolus tamquam leo rugiens circuit
querens quem devoret cui resistite fortes in fide. Et sic de apostolis cantat
sancta mater ecclesia. Estote fortes in bello et pugnate cum antiquo serpen-
te / et accipietis regnum eternum. Item [illegible] in voluptatibus corporalibus quia gestire
potest appetitus. voluptates enim corporales ut sunt ille que ordinate sunt ad
conservationem individui ut comedere et bibere. ut ad conservationem speciei
ut venereae voluptates. Sed non potest gestire in cibo et potu appetitus
post quia illud quod generat fastidium non generat appetitum. sed cibus generat fastidium
postquam enim comedisti et satiatus es noles ut videre
de cibis. Preterea illud quod mentem destruit non potest esse hominis
bonum sed cibi inordinate sumpti mentem destruunt et aliquando corpus. quia
enim homo plenus est cibis inutilis omnino est. et offuscantur eius vires. ideo de
filiis israel dicitur. Sederunt manducare et bibere et surrexerunt ludere
id est saltare et luxuriari in honorem vituli. [illegible] exercitati sunt.
Similes enim bestiis efficiuntur et ignorant ea que dei sunt. Isti enim sunt de
illis de quibus scriptum sapientie 2 qui dicunt. Venite et fruamur bonis que sunt
et utamur creatura tamquam in iuventute celeriter vino precioso et
unguentis nos impleamus et non pretereat nos flos temporis. Sed quid postea
dicit? Hec cogitaverunt et erraverunt. Excecavit enim illos malitia
eorum. et nescierunt sacramenta dei neque mercedem speraverunt iustitie.
Sed quia sunt bestiis similiores hii qui ambulant in luxuria. de quibus propheta
dicebat nos confortans ut de numero eorum non simus. Nolite fieri
sicut equus et mulus quibus non est intellectus. Ideo quod sunt et de illis
qui dicunt ut scribitur sapientie 2o. Coronemus nos rosis antequam marce-
scant. nullum pratum sit quod non pertranseat luxuria nostra. Sed quid dicit
sapientia de istis postea in 3o capitulo: Filii adulterorum in consummatione erunt
et ab iniquo thoro semen exterminabitur. et si quidem vite longe erunt

in nihilum computabuntur et sine honore erit novissima senectus illorum
et si celerius defuncti fuerint non habebunt spem nec in die agnitionis
allocutionem. Item illud quod destruit nobiliorem hominis partem non potest
esse bonum hominis perfectum. sed huiusmodi est luxuria. nam ex luxuria
oritur mentis cecitas propter vehementem delectationem. unde homo esse spiritualis
efficitur omnino contra qui sequitur has voluptates. sicut probatur per cotidianam experientiam
licet per contrarium castitas et sobrietas reddit homines [illegible] esse spiritualia. unde
danielis primo capitulo legitur de daniele anania et misael et azaria
qui noluerunt contaminari sicut ut comederent de cibis regis et
solum comedebant legumina et bibebant aquas. et ideo sequitur de eis.
Pueris autem his dedit deus scientiam et disciplinam in omni libro et sapientia. Da-
nieli autem intelligentiam omnium visionum et somniorum. Ex omnibus his appa-
ret quod appetitus non potest gestire in bonis corporis. nec enim in [illegible]
nec in voluptatibus omnino gestit. sed sic et cum ista sint [illegible] ad quod quereret.
propter quod o infelices o miseri homines cur tantum ista diligetis que non veni-
tis ad deum qui solus potest animi desiderium implere. sicut dicit propheta. omnes
sitientes venite ad aquas.

A [illegible] itinera bona id est vie bona ut sint [illegible] generare [illegible]
et prima et [illegible] non est quia sunt cum maxima difficultate acquiruntur
et modicum in certitudine. nos certe in tenebris ambulamus in hoc
mundo et vix possumus comprehendere de hiis in quibus nati sumus et
in quibus cotidie ambulamus. nam nec unius formice nos cognoscimus que
et quotidie formicas videmus et miramur earum prudentiam. quid est
enim quod eorum prudentiam miramur? admiratio enim ut dicit philosophus est
propter ignorantiam. ille enim qui eclipsis causam optime novit non admi-
ratur si luna non dat lumen suum aut sol. sed ille admiratur qui causas
ignorat. cum igitur miramur formice prudentiam quod est signum quod causas igno-
ramus nunc. quid ergo cognoscimus si ea cum quibus cotidie conversa-
mur non intelligimus. quid [illegible] o sapientes huius seculi interroga
ipsos sapientes mortuos. interroga Aristotelem cui ut ait ieronymus
[illegible] ponere videtur in suis [illegible] capax humanum genus. et dicet tibi

q magis ꝑpũ ẽ hoi ignorare q̃ scire. interroga platonẽ q̃
scias toto orbe sapientis ꝓsequebat. interroga anaxagorã pytha-
gorã cotẽꝑs sapientes et ideo dicebat. vñ socrates itogat
quid sciret respodit hoc unũ scio q nihil scio. et ꝗ pytha-
goras erubuit sapiens ~~[illegible]~~ vocari cũ ꝓt tũc sapientes dicebant
ꝗ itogatus quid eet respodit ego ꝗd sũ phus .i. amator sapie.
Interroga eum sapientissimũ Salomonẽ de q̃ scriptũ ẽ 3° regũ 4° c
q erat sapientior cũctis hoib. videt ꝗd dicat eccl 8. Intell-
exi quod omiũ opũ dei nullam posset hõ īvenire rõem eorũ q fiunt
sb sole et ꝗto plus laboraverit ad querendũ tanto minus īveniet.
et si dixerit sapiens se nosse nõ poterit reperire. o miseri q̃
hoies q laboratis die noctuq nobis acquirere unũ ut ita dixi
univitẽrẽ sciã, et ꝑ hã vera sapia q ẽ xps ytus nihil la-
boratis. o vos medicantes bostratis sciãs hãc q ẽ nulli
valoris quã tãdẽ nõ poteris acquirere. q ut dr eccl p°. cuncte
res difficiles ñ pot eas hõ explicare sermone. et gratiã dei
nullo labore nobis copatis. hoc .n. deo ñ sciãs univsis ꝗ vos
q gratias dei acquirãt nõ obtinuit dũ scire huius mũdi itedũt. o
ifelici ī celo ~~[illegible]~~ minimus erit gradiores sapie q̃ ūq̃
fuerit aliq phus ī mũdo et si oms sciẽs simul collegerit. o stulti
caritas x copabit regnũ celorũ ñ scia. Scia .n. ut apls
ait īflat et caritas edificat. et ideo filii mi ut ait Sa-
lomon eccl 12 deũ time et mãdata eius obsva, hoc ē
ꝗd reddet nob fructũ sapie et n aũ. et ideo sb īfert hoc ẽ
oẽs hõ. Preterea si aliquã sciã ī hõ mũdo possum acquire
hec erit solũ de hiis sensibilib. nã pñt sciã q sũt tũc simul ad
īgrediendũ ex sensibus sumũt q dis nra cognitio ī orã ĩt ñ
sẽsu. quo pacto cognoscens q oẽ totũ ẽ maius sua pte si nũq̃ vidi
totũ neq ptẽ et si nũq̃ aliq̃ mõ sensi. et ideo itells noster
nõ itelligit ñ ea ad q pt duci ꝑ ista sensibilia. ista aũt sensibilia

nõ pñt itellm nrũ ducere icognitioẽ ñ rerũ corporaliũ. et si .n.
cognoscimus de deo q ẽ ꝑ ista visibilia ut dr apls ad Ro. 1°. Invi-
sibilia dei ꝑ ea q facta st intellecta cospiciunt. ñ tñ possumus ꝑ ea
cognoscere ꝗd ẽ. i. suã ẽẽ. vñ cũ dix moyses exo. 33. petens
ut sibi ostenderet gliam suã. nõ poterit vide faciẽ meã. nõ .n. videbit
me hõ et vivet. et Jo. p° Deũ nemo vidit ūq̃. et ideo qñ
nobis apparent angeli sicut ut aliquã ut credidit dnũ iformãt sibi
corpus. q̃ itells nr cõ corporeũ ñ pt attingere. quapp ī hac nõ possu-
mus ñ sensibilia ut ut alias ꝗ ꝑ qua possumus manuduci ī rel
ligio. Cũ ūq̃ hõ si nobilior et pfectior oĩb sensibilib cũ hẽre
aiã itellectivã, et ī pfectã ñ pt pfecte pficere. sequit q vita
ptẽs pot nos facere beatos pfecte. et ideo hieronim 9. dr nõ
glorietur sapiens ī sapia sua. Jñ dato et q possum scias ange-
lorũ oĩũ cognoscere adhuc ñ eẽm contenti si eum deũ quereremus
ñ vnicuiq inest desyderiũ nãle q cognoscat eas qñ cognovit
effectũ. qui .n. hõies videt aliqd novi cũ ꝗdã desyderio itagãt
ad īvestigandũ de ca et oritur et. vñ ꝗto itogant pp ꝗd ē hoc ut
q̃ hoc factũ ẽ. sic cũ videt eclipsis statim sciãs volunt intellegere
cas et. vñ eccl p°. Salomon hãc occupationẽ pessimã dedit
de filiis hoium ut occuparet ī ea, ut loq̃ de occupacioẽ q hoies
occupãt ad investigandũ cas oĩũ. et pp hõ īvedit st mres et sac.
Si ūq̃ viderem scias angelorũ statim viderem q hẽnt ea ab alio
ī ipsis .n. cognoscerẽ deũ ñ ꝗd ẽ si ꝗ ipse eet eorũ ca. et ita
statim apparerem eum vide desiderans si ita pulcri st angeli quãte pul-
tudinis est q creavit eos. Ecce ergo q desyderiũ adhuc tẽdere
et nõ finiret ī eis. et ideo psalmista dicebat. Saciabor cũ appa-
ruerit gla tua. q ñ cũ apparuerit angelus. Ex dictis ūq̃ hiis q dixi
colligitur q nihil pt nos facere beatos ñ solus deus ñ ī hac vita nec ī
alia. Si ut lucidius oes et simplices et illiterati intelligãt si nũq̃
posse ī hac vita gaudere vna cõẽ voce ī fine facimũ sb ꝗdã sig.

Legitur .n. 4° Regum 4°. quod Heliseus fecit coquere pulmentum filiis prophe-
tarum fame. puer autem colliget colloquintidas seu cucurbitas silvestres ama-
ras nesciens quid esset, et concidit in olla. cum autem prophetis ministrasset et gusta-
ssent ceperunt clamare dicentes mors in olla vir dei. ~~mors~~ i. amaritudo.
tunc Heliseus misit farinam in olla et amplius non fuit quicquam amaritudinis.
Olla hec quivis posset hunc alios sensus. tamen ad propositum nostrum potest significare hunc
mundum. plena erat oleribus in quibus erat cucurbite amare. quia hic mun-
dus et si sit plenus rebus delectabilibus tamen est in eo plus amaritudinis.
diversis et diverse res huius mundi et diverse voluptates ministrant sed
tamen omnes clamant quod mors est in olla. Ille est rex aut princeps sed semper
timet hostes et inimicos. ergo mors in olla. Iste est dives et potens sed
non habet filios quos desyderat habere. ergo mors in olla. hic est dives et
habet filios sed est infirmus ergo mors in olla. Alius habet filios sed non habet di-
vitias ergo mors in olla. Quidam habet multas voluptates et solatia
sed non habet scientiam et videt doctos ergo mors in olla. Iste est doctus et
sapiens sed non cognoscitur et ipse desyderat aut non est dives ergo mors in
olla. Hec mulier est ornata gemmis et auro sed est deformis ergo
mors in olla. Illa est formosa et dives sed maritus sibi non pla-
cet ergo mors in olla. Alia est formosa sed pauper ergo mors in olla.
Ergo nihil in hoc mundo est perfectum nec bonum sine malo nullam dulce-
dinem sine amaritudine ut per hanc figuram monstratur. Ergo o miseri
mortales quid frustra laboratis. Hec est enim vita eterna / clamat
Yhesus) ut cognoscant te solum verum deum et quem misisti Yhesum Christum.
Igitur oportet mittere farinam in olla / que significat [struck]. nam dicit pro frumento
significat … Jo. 12 nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit
ipsum solum manet. si autem mortuum fuerit multum fructum affert. hoc autem
frumentum est dominus Yhesus qui mortuus multum fructum attulit. farina
autem exprimitur in molis et a grano / ita Christus expressus in mola crucis produxit
farinam gratie nobis. et ideo si aliis ut … amara videntur dulcia
… hunc Christi gratiam … quod sine precio sed gratis datur sic dixit
nostrum thema. Omnes sicientes venite ad aquas et qui non habetis argentum
properate. emite et comedite absque argento et absque ulla commu-
tatione vinum et lac. Ysaie 55.

/ graz x

Jacfio sacerdotes 2 [struck]

passus et ubique sacrificia offerret. figuralis autem est quia significabat
veritatem ecclesie et militantis et triumphantis. Sed quia cultus nove
legis est spiritualis et est gratus deo acceptus ideo multiplicatio al-
tarium et templorum acceptatur in nova lege. unde dominus Yhesus ut
scribitur Jo. 4° mulieri interroganti quare Judei asserent Hyerosolimis
solum deum esse adorandum / respondit. Mulier crede mihi quia venit
hora quando neque in monte hoc neque in Hyerosolimis adorabitis
patrem et sequitur. venit hora et nunc est quando veri adoratores
adorabunt patrem in spiritu et veritate / et ideo deus ubique potest ado-
rari. sed solum facte sunt ecclesie propter hoc ut melius homines ad hoc excitentur
ut dictum est. et quia nunc colitur deus spiritualiter ut predixit dominus Yhesus
non oportet unum esse templum tantum. sed possunt ubique fieri ecclesie ad exci-
tandum homines ut colant deum ubique in spiritu et veritate.
His ergo premissis pro maiori intelligentia dicendorum accedamus ad presidentes
qui magnam debent gerere reverentiam propter ea que significant. sicut videmus .n.
humanis conspicimus multas res propter significationes solum honorari que nullatenus
honorarentur si ad magnum non significarent. sic oratores et ambassia-
tores regum et principum ab ipsis regibus et principibus mundi ita
venerantur quia gerunt suorum dominorum personas ac si ipsi domini presentes
forent. Sacerdotes quoque ~~a regibus~~ quando sunt ad altare etiam a regibus
venerantur quia gerunt personam Christi. quamquam hodiernis temporibus propter videntur
aliquorum sacerdotum tale ministerium celeste admodum sit depressum.
Sic crux Christi ~~ad~~ et quod [struck] sive sacratissimum corpus a
nobis adoratur adoratione latrie sicut [struck] deum adoramus propter
significationes et representationes. Ecclesia autem multis significat et representat
totius ecclesie spiritualem i. corpus cum omnibus membris. i. Christum cum omni
ecclesia triumphante et militante. ergo habenda est in maxima reverentia.
Et quod hoc sit verum nunc est considerandum breviter. et primo de eius
[struck] materia consyderemus i. de petris que sunt fundamentum parietes

et tectum. Fundamentum autem [illegible] est fides Christi in qua tota ecclesia
radicatur. Sic dicit apostolus prima ad Cor. 3. [struck] Sicut sapiens archi-
tectus fundamentum posui. Et sequitur. Fundamentum aliud nemo potest
ponere praeter id quod positum est quod est Christus Ihesus. Fundamentum quoque sunt
apostoli et prophetae. Ita quod Christus est primus lapis angularis pretiosus. Sic dicitur
in psalmo. Lapidem quem reprobaverunt etc. Apostoli autem sunt etiam lapides. De
quibus dicitur Apoc. 21. Fundamenta muri civitatis omni lapide pretioso
ornata et stans continet duodecim lapides per quos intelliguntur
duodecim apostoli. Et Paulus quoque ait ad Eph. 2º Iam non estis hospi-
tes et advenae, sed estis cives sanctorum etc. Parietes autem qui in
altum eriguntur sunt contemplativi qui mentes suas in caelum erigunt. De
quibus apostolus dicit [struck] Nostra autem conversatio est in caelis est. Hortatur
quoque nos ut elevemur in altum dicens ad Colo. 3. Si consurrexistis cum Christo
quae sursum sunt [struck] quaerite ubi Christus est etc. Parietes autem sunt ex multis
lapidibus quia significant singulos fideles qui coniunguntur invicem vinculo
caritatis sicut lapides coniunguntur cemento. Et ideo ille qui [illegible] non est
coniunctus caritate proximo suo non est de ecclesia et separatur a fundamen-
to quia ut dicitur Io. in prima canonica 4º. Qui in caritate est et qui manet in caritate
in deo manet et deus in eo. Qui ergo in caritate non manet in deo non est
et sic excluditur a fundamento. Unde supra dicitur. Qui non diligit manet
in morte. Lapides autem isti sunt quadri propter stabilitatem fidei.
Unde ad Heb. 11. Sancti per fidem vicerunt regna etc. Tectum autem
significat prelatos [struck] qui necessitatibus subditorum providet et
eos defendunt. Unde oportet quod sint primi in bello protegentes et defendentes
subditos a caumatibus et pluviis ac tempestatibus tribulationum et
temptationum de quibus dicit dominus Io. 10. Bonus pastor animam suam dat
pro ovibus suis. Ille ergo prelatus qui non facit hoc autem non est paratus facere
non est tectum nec pertinet ad ecclesiam. Et ideo dominus ibidem sequitur. Mer-

cennarius autem et qui non est pastor etc. Considerandum 2º de sexto
forme ecclesie. Ad formam autem pertinet magnitudo distinctio et ornatus.
Magnitudo autem consideratur quantum ad tres eius dimensiones. Nam longitudo eius
sunt prelationes ecclesie a principio mundi usque ad finem scilicet a primo iusto Abel
usque ad ultimum iustum. Latitudo significat [struck] fidei dilatationes per
universas orbis regiones quia In omnem terram exivit sonus eorum scilicet apostolorum.
Altitudo autem significat duos gradus seu meritorum. Unus est superior
et alter inferior. Sicut sunt lapides. Distinguitur autem in sancta sanctorum in
chorum in navim et postea in atrium foris. [struck] Facta autem
est autem hoc modo ad similitudinem tabernaculi Moysi. Tempore autem illo [struck] in sancta
sanctorum non intrabat nisi sacerdos [struck] summus et semel in anno. Sed in
nostris intrant et mulieres sine aliqua reverentia. In [struck] sancta
autem cuius locum tenet nunc chorus habebat intrare sacerdotibus dumtaxat
[struck] nunc in nostris vero choris sine discretione intrant omnes. Et aliqui super
sacerdotes stant seculares quod est valde absurdum. Unde et Ambrosius
iussit Theodosio imperatori ut non staret in cancellis sacerdotum igitur
quia purpura imperatorem et non sacerdotem facit. [struck] Extra templum autem sta-
bant sub porticibus [struck] viri et mulieres ita quod mulieres a viris erant
separate, quibus nunc correspondet navis ecclesie. Sed nunc viri et
mulieres stant simul sine aliqua reverentia aut discretione. Igitur
sancta sanctorum quae sunt loca minora significant virgines qui etsi sunt pau-
ciores sunt tamen ceteris sanctiores. Hi enim sunt qui acceperunt fructum
centesimum et sequuntur agnum semper. [struck] De quibus dicit Apoc. 14
Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt. Hi sequuntur
agnum quocumque ierit. Hi empti sunt ex omnibus primitie deo et agno. Et in
ore eorum non est inventum mendacium: sine macula enim sunt ante thronum dei.
Chorus autem significat qui etsi non sunt virgines tamen castitatem servant
quorum maior est numerus nuptorum virginum et minor nuptorum coniugatorum

sicut chorus est maior sacris sanctorum et minor navi. et certe sanctiores
sunt tales coniugatis sicut chorus navi. de quibus dicit apostolus prima ad Cor. 7.
bonum est homini mulierem non tangere, et inferius sequitur. Solutus es ab
uxore noli quaerere uxorem et sequitur. qui sine uxore est solli-
citus est quae domini sunt quomodo placeat deo. qui autem cum uxore est sollicitus
est quae sunt mundi quomodo placeat uxori. et divisus est. et mulier innu-
pta et virgo cogitat quae domini sunt, ut sit sancta corpore et spiritu. quae
autem nupta est cogitat quae sunt mundi quomodo placeat viro, Navis
autem significat statum coniugatorum qui sunt imperfectiores quibus debetur fructus trige-
simus. unde apostolus dicit in eodem capitulo. qui matrimonio iungit virginem suam
bene facit, et qui non iungit melius facit. sequitur boni tales esse possunt et
sunt, sed casti et virgines sanctiores sunt id est in statu sanctiori.
Atrium autem quod foris est significat falsos christianos de quo dicitur apocalypsis 11.
atrium quod est foris templum eice foras et ne metiaris illud quoniam
datum est gentibus. falsi enim christiani non computantur in ecclesia sed cum gentilibus
damnabuntur. et bene per atrium quod est plenum cadaveribus significantur quia sunt pari-
etes dealbati et sepulcra quae foris parent hominibus speciosa intus autem ple-
na sunt omni spurcitia peccatorum. Ornatus autem ecclesiae est dealbatio intus
et extra quae significat munditiam mentalem et corporalem ecclesiae de qua dicitur
canticorum 4. Tota pulchra es amica mea et macula non est in te
Considerandum est ultimo de significato eorum quae ecclesiam adornant scilicet de altari de
turri et de campana. et de fenestris. Altare autem christus significat
super quod offerimus sacrificium laudis et orationes quotidie dicentes per dominum
nostrum Jesum christum. unde est ex petra. et ut ait apostolus prima ad Cor. 10. petra
autem erat christus. induitur quod est vestimentis per quae intelliguntur sancti. et
circa eum est corona. quia ut dicitur ad hebr. 2. Eum autem qui modicum quam angeli
minoratus est videmus Jesum propter passionem mortis gloria et honore coro-
natum. Fenestrae autem sunt doctores qui totam ecclesiam illuminant
de quibus matthaei 5. dicit dominus. vos estis lux mundi, et cetera

nemo accendit lucernam et in abscondito ponit, sed super cande-
labrum ut luceat omnibus qui in domo sunt. Turris autem est nomen
domini quo invocato expellimus demones et defendimur nos a temptationibus
et unde proverbiorum 18. Turris fortissima nomen domini: ad ipsam currit
iustus et exaltabitur, hoc est nomen quod cupiunt invocari totum
super eas illo septem mulieres per quas intelligitur universa ecclesia, de quibus
scribitur Esaias 4° capitulo ait. Et apprehendent septem mulieres virum unum
id est christum in die illa dicentes, panem nostrum comedemus et vestimentis nostris
operiemur, tantummodo invocetur nomen tuum super nos, aufer opprobrium nostrum.
sufficit enim ecclesiae quod sponsa christi dicatur et si in tribulationibus sit. in illo
enim solo fiduciam habet. et ideo convenienter turris eius ac fortitudo
est nomen domini. Campane autem significant praedicatores qui vocant
alios ad agni nuptias. unde Ysaie 40. dicit Super montem excelsum
ascende tu qui evangelizas Syon: exalta in fortitudine vocem tuam
qui evangelizas Jerusalem et cetera. Ecce ergo quod ostendebamus probare scilicet
quod ecclesia [illegible] multis significat ecclesiam spiritualem universam videlicet christum cum
omnibus sanctis. Quanta ergo reverentia est honoranda in qua tanta significationes
propter quod Jacob ut scribitur Gen. 28. postquam vidit in somnis in loco ubi
dormiebat [illegible] templum fore edificandum. et ibi christum passurum propter represen-
tationem mirabilem cum veneratione ait quam terribilis id est venerabilis est
locus iste et cetera

Secundo dico quod est colenda et veneranda propter domini inhabitationem. nam
christus est in ecclesia et corporaliter per sacramentum quia quamdiu species sacramenti remanent ibi
est corpus christi. ut dicit S. Th. in 3. parte q. 77. ar. 4. et in 4° senten.
debebat quod honoraret sicut dominus. quia ut dicitur apocalypsis 19. et habet in ve-
stimento et cetera. Ad hebr. 1°. Tanto melior angelis et cetera. Hier. 32. Ecce
tu fecisti caelum et cetera. Debebat quod valde timeri. cum sit iudex. Jo. 5
Nec enim pater et cetera. apocalypsis 1°. Ecce enim venit. Deus non [illegible]
videbit. Audi apostolum. ad hebr. 4. Vivus est enim sermo dei id est verbum quod
est christus ut dicit S. Th. ib. et cetera. Hier. 32. Fortissime magne et cetera

Preterea angeli sancti creduntur frequentare ecclesiam ubi tanta misteria
tractantur. unde sunt salutis ministri. Ad hebreos primo. Nonne omnes sunt etc.
et 12. Non enim accessistis etc. et sequitur. Sed accessistis. Quis igitur pec-
cator audet se immiscere cum angelis in ecclesia. 2a ad Cor. 6. Que conven-
tio etc. Et ne forte dicatur amice quo huc intrasti etc. et
expellatur (?) tunc enim sunt ministri qui separant bonos a malis. math. 13.
Exibunt angeli etc. Preterea sacerdotes habent ibi quibus magis
debent reverentiam exhibere. Levit. [illegible] qui vos sanctifico etc. et constituti sunt
dei qui sine reverentia se habent homines coram sacerdotibus. Videndo
scandalizant eos. et scriptum est Matth. 18 capitulo. Qui scandalizaverit etc.
Lege que apostolus paulus docuit viros ac mulieres in ecclesia orare
primo ad Cor. 11. Et quanta reverentia sit habenda ecclesie (?)
lege Exod. iij quando moysi apparuit dominus.

3o Honoranda est propter orationes sanctorum. nam ad hoc facta est. non
enim in camera regis sit stabulum, vel in foro cenatur (?). Sed unicuique
ars et actio habet suum locum. hic autem est domus orationis. ut dicitur
in libro [illegible]. et 3 reg. 8. intra ad hoc propositum dicitur. Sed homines
nunc omnes luxurias in ecclesia peccando committunt. et ideo spelunca latronum
id est demonum qui sua hec latrocinia exercent. nam sunt latrones. Contra
quos Ysaias primo. Cum veneritis etc. Super altarem stant ut
spectaculi (?) et dicunt [illegible] verba turpia. Contra quos legitur quod de gentilibus
scribitur primo reg. 4 et 5. quando capita [illegible] de neces-
nota (?) dagon ydoli. O falsi christiani, peiores estis gentilibus
[illegible] here. 2o. Transite ad insulas cethim etc.

Quicumque fecerit voluntatem patris mei qui in celis est: ipse
meus Frater Soror et Mater est. math. 12.
De malo quod sequitur ex tali discordia sive nostre creature
ad voluntatem dei, accedat primo Lucifer. dicat primo suam
dignitatem. Ezechielis 28. Tu signaculum similitudinis etc.
Sed quia voluit habere suam beatitudinem ex se et non a deo
quia ut dicit S. d. in prima parte q. 63. ar. 3. appetijt esse
ut deus non per equiparantiam quia sciebat hoc esse impossibile
ex naturali intellectu et quia in hoc naturale desyderium
non appeteret non esse. sed per similitudinem non quantum ad hoc quod
est nulli subesse per modos dicitur. Sed quantum ad hoc quia appetijt
ut ultimum finem illam beatitudinem ad quam poterat per
virtutem pervenire. et per propias meritis voluit
habere illam quam ex sola gratia dei poterat. Sed quid accidit
ei subsequitur in Ezechiele in eodem capitulo. In multitudine
negotiationis tue etc. usque ibi et factus es etc. Et
Ysaie 14. Quomodo cecidisti de celo etc. usque in placet (?).
Accedat 2o alia creatura rationalis que est homo. accedat
ipse adam et loquatur. dicat primam dignitatem suam.
Gen. primo. Creavit deus hominem etc. et 2o. formavit igitur etc.
[illegible] omnium animalium fuit. unde imposuit nomina rebus. Gen. 2o.
Et quod vocavit etc. [illegible] misterium incarnationis. in eodem 2o.
quam ob rem relinquet homo etc. quod exponit paulus ad Eph. 5
Sacramentum etc. immortale habuit corpus. et obediens
erat in quadam armonia. In paradiso voluptatis positus.
ubi si post aliquod tempus fuisset in celum cum angelis
assumptus. Sed quia noluit facere voluntatem dei. quod
accidit ei. Gen. 3. maledicta terra etc. usque et
vocavit etc. et ut usque ad finem capituli. Accedat tertio
testis Jonas. et dicat si non facis voluntatem dei sponte tu
facies cum invitus. lege Jonam in primo et 2o capitulo. Loquantur
quoque filij Israel et Juda. ut habetur in 4o libro regum in fine
et in libro para. 2o. Loquantur christiani non turchi adsit etc.

2° de bono qd ex h° seq. qa illi q faciūt volūtatē dei
efficiūt fres et sorores et mres x̄i. fres qd
ad he. 2. Qui n. sanctificat etc. Et ex h° seq q ex
alenabūt sic x̄i. phi. 2°. Qui cū ī forma etc. Ad
ro. 8. Ipse n. spūs etc q si affligemur h' et seq
q sum' filij dei et fres x̄i q fuit etiā afflictus. ad he.
12. Recogitate n. eū etc exaltabunt īt postea. sic
dictū ē q h° p inobedientiā pdidit armoniā. sic q facit
volūtatē dei acqrit aliq mō eā. ad Ro. 7. Scim' n. qa
lex etc et sequitur tandē. Infelix ego ho etc. Itaque
salte qm ad h° acqrere eā qa n' duc ad pctm. [struck] sic
ē fuit [struck] ī x̄o sine ullo effectu. 2° ad Cor. 7. eū q
nō nouerat etc. Sic x̄o subiecta st oīa. ps. Oīa subiecisti.
ad he. 2°. In eo n. q oīa etc. Ita et et frib' x̄i
oīa deo subiecit. nā et [illegible] [illegible] subiecerūt eis.
actuū vlt°. de paulo. Et danielis 6. et 14. Vō q°
dilig' x̄s carnales parentes [struck] et fres s; spūales. ad
ro. 9. optabā etc. et sequitur. nō oīs q ex. Is si
suis frib' s'm carnē n' pepcit qa noluerūt facere
suā volūtatē qd facit nobis. ad Ro. 11. Si n. deus
nālib' etc. et infra. nā et si tu etc. Vn legem dei
salomone q fuit electus ī filiū. 2. reg. 7. et p'
parat. 17. s; qa [illegible] suā volūtatē adeo sicdit re-
gnū eius. ut ps. 3. regū. 11.

Quare loquellam meā nō cognoscitis. Jo. 8.

Infer de epistola de regno dando etc.

Dignum est sepōnere ī coi. qa n' phi n' pphe s; [illegible] dei ad he. p° multiphariter etc
permisit i'deus h' [illegible]. si n. [struck] rex sua secreta
i'dicaret p suos. [struck] illud qd filius dilectus i'dicavit eū
piculo et oēt [illegible] reputādū magnū etc. [struck] s;
nō attēdim' ideo ait. gabr. p°. Sapiā foris pdicat etc.

de veritate. de dis. n. et morib' illu[m].

In spāli, qa [illegible] illuminat. ps. preceptū dni etc. p' ad Cor. 2
Sapiā etc. eccl. 24. Ego ex ore etc. Et xpiani
sep loquūt gētiles. q; q°. p' ad Cor. p°. pdā etc. Vn n
nūc voluit audire euāgeliū. ecce tps fuit. 2°
ad thy. 4°. a veritate qd etc sic [struck] accedit.
s; igneū eloqūi etc. ad he. 4. vivus est etc. s; xpiani
venunt ad audiēdū potens. ss. p°. Cognouit bos etc.
Alios instruit. 2° ad thy. 3. dis n. sepi de. gab. q
bibe aquā etc.

Considerauit agrū et emit eū. Prouerb. vlt°.

marc 13. sicut ē regni celorum etc h° regni x̄ps ē. Jo. 17. hec ē
vita etc. ī agro humanitatis. gen. 27. ecce odor etc. Iste
h' thesaurus emit dādo oīa sua etc.
Cognoscendo x̄i cat amorē eius. ps. ī meditatione etc. plurimū
vt pulcritudinis. q n' so' amarē [struck] sic s; et qa videat vias
bonu. 2° de nā. divi nominū. ubi 6. s;. bonitas
racts sequitur bonū dispōnit eui sequitur ē pulcritudo. Vn et
sicut cetis pib' pulcriores diligūt. sic iacob [struck] magis dili-
gebat rachel. et bo' gg. videns illos pueros anglicos
venales ait. Heu p dolor q splēdidas facies princeps
tenebrarum nūc possidet. et cetera. bn' ige angli
q angeli qa et angelicas vult' hnt et tales ī celis
anglos decet eē coheredes. Christus aūt ē oīs pulcher-
rim'. ps speciosus etc. vn et angeli mirāt de ei pulcritudine
ss. bs. gloriamur etc. de pulcritudine vīe. ad Coll. 2. In quo oēs the etc.
et canz. In q° bene etc. de pulcritudine doctrinis. ad he. q cū sit etc

2° probatur ratione bonitatis. bonum enim est quod est appetibile. ipse
autem est maxime appetibilis tanquam prima causa. Io. p°. per quem omnia etc.
vnde in continet celi prestremo. exo. 33. ostendam tibi etc. vno est
ipse bonitas cum ~~[illegible]~~ non sit accus in deo. math. 19. quid me
interrogas etc. Secundo nobis bonus est. quia vestiuit se nostro sacco
et moratus est inter nos pro nobis redimendis. ad ph. 2. Qui
cum etc. quantum proximis desyderas ut ad Ro. 8. qui non pepercit. Et hoc tamen
maxime apparet quia cum quotidie morte morimur dat tamen
semper locum penitentie. ps. numquid irascetur etc. vnde mirabili pro
processus duxit. Sapiencie. 12. non quia impotens eras. Sed quanto nunc
est benignior tanto erit seuerior. valerius. Lento enim gradu ira
ad Ro. 2. An diuitias etc.
3° probatur ratione habundantie bonorum et diuitiarum eius. Salomon enim
amare diuicias quibus sperant ad. vnde ager hic centuplum reddet.
marci. 10. Amen dico vobis etc. Dat gratias que sola emit
vitam eternam. prima ad Cor. 13. Si distribuero etc. vnde et omnia conte-
nit qui habet gratiam et sola hec sufficit ei et quia ps que est magnus the-
saurus. ad phi. 3. Que mihi fuerunt lucra etc. Secundo quia implet sola
desyderium in hac vita quod potest impleri. Io. 4°. Omnis qui biberet etc.
ps. 44. omnis secundos etc. De diuitijs glorie quod dicam. prima ad Cor. 2.
quod oculus non vidit etc. ps. 64. oculus etc. et 66. Lenimini etc.
4° [illegible] probatur. Canticorum 2°. Introduxit me etc. et .5. Adiu-
ro vos etc. et in cogitationibus quibus ~~et~~ etc. ut. Dilectus meus etc.
Secundo exemplo sancte ~~K~~ Katerine, que pro consyderauit quando eam [illegible] desponsa-
uit. et deinde emit omnia quando dedit pro semetipsam per eius
amore etc.

Q uicumque fecerit voluntatem patris mei qui in celis est
ipse meus frater Soror et mater est. math. 12.

Bonitas voluntatis humane dependet ex conformita-
te voluntatis diuine. probatur auctoritate hodierni
euangelij. probatur ratione. nam secundum doctorem S. th. in 12 q. 19
ar. 9. bonitas voluntatis dependet ex intentione finis. finis
autem vltimus voluntatis humane est summum bonum quod est deus. requiritur
ergo ad bonitatem voluntatis quod ordinetur ad summum bonum. Secundo
autem bonum primo et per se comparatur ad voluntatem diuinam ut obiectum proprium
eius. illud autem quod est primum in aliquo genere est mensura et ratio
omnium que sunt illius generis. vnumquodque autem rectum est et bonum
in quantum attingit propriam mensuram suam. vnde que magis accedunt
ad naturam ignis sunt magis ignea. et que magis participant
de luce solis sunt magis lucida. et quod magis conforma-
tur regule et plombino edificatoris est magis rectum etc.
et intelligo hanc conformitatem non per equiparantiam sed per
imitationem. Sed queritur utrum semper voluntas hominis debeat
semper conformari in volito voluntati diuine. Respondeo secundum S. th. in sequenti
articulo. Tenetur conformari formaliter sed non materialiter. quia
scilicet tenetur velle bonum commune et diuinum et sub ratione boni
ordinando in finem vltimum. et sic contingit quia voluntas fertur in
suum obiectum secundum quod a ratione proponitur. potest autem proponi a ratione aliquid
sub ratione boni alicui quod alteri proponitur sub ratione mali
ut iudici suspensio latronis proponitur ut bonum sed
coniugi latronis ut malum. quia ille consyderat bonum com-
mune patrie. et utraque est bona voluntas, et sunt conformes
formaliter. et sic dicimus de deo et beatis. Et secundum hoc sanctum
quod deus vult formaliter quamuis non sanctum materialiter. vnde quamuis
non debeamus velle damnationem hominis debemus tamen velle
iusticiam dei. est tamen sciendum quod aliquo modo voluntas humana confor-
matur voluntati diuine et materialiter in volito. in quantum deus tanquam causa efficiens
dat inclinationem voluntati quibus. Tertio probatur exemplo agro.
nam malum ~~quod fugit a deformitate facit~~ deformitatis
facit nos cognoscere bonum conformitatis. quia opposita etc.
~~et hoc vide sub verbo duas curias [illegible] ante~~
~~[illegible] 28. [illegible] ps. 14. quam [illegible]~~ de
bono in genesi. de Iona. de Iudeis in fine 4° regum et
2° parali. loquitur expani. de [illegible] etc.

De liberali obedientia
gen. 22.

129

Resplēduit facies ei' sic̃ sol : uestimēta aũt
ei' facta sũt alba sic̃ nix . math . 17 .

Et virgo maria fuit plena grã sup oẽs puras creat'l
p° ꝑ dignitatẽ filij q̃ apparet ĩ euãgelio ho
dierno . assũpsit ihs ꝑ
2° uoo

O mulier magna est fides tua. Mathei 15.

Quod fides facit omnia tollerare patienter.

Probatur per hoc evangelium. Circa quod idem notandum
2o videtur. Sed sciendum primo quod duplex est fides scilicet informis et
formata. Unde de hoc Jacobi 2o capitulo. Loquimur autem nunc
de formata. Videmus autem homines multum laborare quando cre-
dunt multum lucrari. Exemplum de rustico de milite de
mercatore et aliis artificibus. Si ergo crederemus hoc
regnum celorum [illegible] sine dubio tolleraremus. Ad Ro. 5.
Justificati ergo ex fide etc. Item fides causat timorem fili-
alem. Unde ut dicit S. Th. 2a 2e q. 7 ar. 1o timor
est effectus fidei in quantum per fidem instruimur de excellentia et
bonitate et iustitia dei. Unde homo refugit se deo oppo-
nere videndo ipsum et timet ab eo separari quia est summum
bonum. Dum per fidem habet estimationem quod deus sit quoddam immensum
et altissimum bonum a quo separari est pessimum et cui se
velle equare est malum. Et ideo sustinet potius homo omnes
iniurias si fidem habet formatam quam a deo separari. Item
in sequenti articulo eiusdem questionis dicit S. d. quod unus fidei
effectus est purificatio cordis. Quia in hoc consistit ut infe-
rioribus [illegible] non misceantur, sicut aurum purum dicitur quod non est mi-
xtum inferiori metallo aut argento. Sed non tollit impuritatem
argentum si cum auro misceatur sed perfectior efficitur. Ita
homo si coniungatur superioribus idest deo perfectior redditur. Principium
autem huius commotionis est fides quia purificat intellectum dum
facit intellectum adherere superioribus et per hoc mittere infer-
iora et non e contra. Purificat etiam affectum quia homo quod habet con-
iunctam caritatem. Homo autem eam purificatur per amorem
totaliter inheret superioribus. Quod patet cum pro nichilo repu-
tans dicit cum apostolo quis nos separabit a caritate Christi. Sed hodie
christiani non habent fidem. Et ideo ~~[illegible]~~ quod dicit dominus audi-
ant Jo. 10. Vos non creditis etc. Vos enim ex patre diabolo
estis. Quod omnes inclinantur in eis est ad dicta quam puritas mentis.
3o probatur exemplo 2 machabeorum 7. Item ad hebreos 11.

Qui se exaltat humiliabitur. math. 23.
quia deus superbis resistit.

p° p narratione sui evangelii. Loquitur de statu a
x° roe. Sed p° nota quod d. s. th. 22e. q. a 162.
hec ratio recta est voluntas uniuscuiusque feratur in id
quod est proportionatum sibi. superbus autem ex hoc nominatur quia
per voluntatem tendit supra id quod est. et ideo superbia importat
aliquid quod adversatur rationi recte et ideo est peccatum. et est speciale
peccatum ratione specialis obiecti s. excellentie proprie. et quamvis non
omnia peccata semper oriantur ex superbia. possunt tamen oriri omnia
peccata ex ipsa in quantum s. possunt omnia ordinari ad finem
superbie, et in quantum superbia removet subiectionem divine le-
gis que prohibet peccata. Sunt autem 4or species superbie ut patet
ibidem. et sunt 12. gradus eius. s. curiositas. Levitas in ubi-
letitia. Singularitas. inepta letitia. Arrogantia.
presumptio. defensio peccatorum. ficta confessio. rebellio
libertas. peccandi consuetudo. in quibus gradibus tanguntur
non solum superbie species sed et quedam ~~[illegible]~~ antecedentia
et consequentia. quod autem superbis deus maxime resistit
patet quia ut ibidem d. s. d. superbia proprie respicit defectum
subiectionis hominis ad deum s. q. ad se extollit supra
id quod est sibi prefixum secundum regulas divinas ut mensuram. unde di-
citur ecc°. . . . Dominus autem dicit in evangelio qui non
est mecum contra me est. et ideo superbus contra deum est et quo-
modo contra eum pugnat propter quod deus ei resistit. Item cum deus
habeat principatum super omnia, et homo superbus non vult subici patet
quia vult auferre principatum adeo quod supra se ~~[illegible]~~ quod
deus ei resistit, quia deus non potest nolle suum principatum nec ab-
negaret se ipsum. Item superbia ut ibidem d. s. d. ex
parte aversionis habet maximam gravitatem, quia in aliis peccatis
homo adeo avertitur ut propter ignorantiam ut propter infirmitatem
ut propter desiderium cuiuscumque alterius boni. sed superbia habet aversi-
onem a deo ex hoc ipso quia non vult deo et eius regule subici.
et ideo est gravissimum peccatum. e. n. g. primum peccatum
s. quod bene considerat. Vis autem fugere superbiam considera
propriam infirmitatem et imperfectionem. ecc°. 10. quid superbis
[illegible] 40. cinis caro. . . . ignobiliorem voluit alios pre
et sic non resisteret . . . grana perforata
lignum porrosum vas . . . pomum voluit.

augeat appetit una. qd e nobilitas sanguis. ecc. n.
ex ada nascun et ex eisde uiscer tabes. qd gtaris
i pot q pstineris eripere a morte. qd gtaris i scia
q nihil cognoscis. qd i venustate q cadit sic flos.
qd i diuitijs qs pdis cito. vel fuge supbiam cosyda
magnitudinem dei. Job. 15. qd tumet etc.
3 pbat ex. ~~[illegible]~~ vn ezech. 28
de de lucifo. Tu signaculu etc. et ysa. 14. quo
cecidisti etc.

Sedere ad dexteram meam uel sinistram non est
meum dare vobis. math. 20. cap.

Q inanis gla valde displicet deo.

p pz p euangelium hodiernum. 2o pbat rone. sz p
noto q sic d s. th. 22 q. 132. nom gle ppe
iportat manifestationem alicui de h qd apd hoies
decorum uidet. q ar is cosyderet op ppus dignu laude
aut q uelit bona sua ab alijs approbari n e pctm sz
pctm ymo pt ee meritorium, ut si h appetat ut de
ab hoib glorificet. et ut alij pficiant exo suo et ut
ipe pficiat dn s studet pseruare pp nom qd h et pfi-
ciet. et sic e laudabile hre curam de bono noie. et ideo
appetere gla de se no nomi ad uiciosu sz appetere uana
gla du s qs qrit glis de eo qd n e ut qd n e gla dign.
uel ab hoi q n hnt certu iudiciu ut ab hoib uel qa no
refert huc appetitu i debitu fine. Sz qa n qriat simplr
caritati dei no px ideo simplr n e mortale. potest
tn gviari cotu. et sic ee mortale. ut ibidem d b. th.
Ergo pz q istud pctm no displicet ratione deo ex hoc
q sit graue cetis: sz valde displicet ei qa ex eo
multa uicia oriunt. Vn a gregorio ut ibidem d b. th.
ponit uitiu capitale et superbia uocat generale. qa supbia
iportat iordinatum appetitum excellentie: ex oi at bono
qd qs appetit quandam pfectionem et excellentias cosequi
et ideo fines oium uitiorum ordinant i fine supbie: sz
it bonu p q excellentia ho cosequ pcipue ad h ordi-
nat gla i qua iportat manifestationem bonitatis alicui
nam bonum nalr amat et honorat ab oibus. et ideo
pp ppinquitate ad excellentias quam hoies maxe desyderant
quis e q gla sit maxe appetibilis et q ex eius iordina-
to appetitu multa uicia oriunt: et ita erit uitiu capi-
tale. ex ea n. oriunt iactantia: psumptio nouitatum quas
hoies solent admirari. hypocrisis. pertinacia du ho ni-
mitur sua sentie et pferre meliori. discordia du ho
no ult alijs p uoluntatem cocordare. cotentio i ubis. et
iobedientia. et ideo deo valde displicet hoc peccatum.
3o pbat exo. legit de dd. 2 reg. ult. et de ezechia
4 reg. 20.

Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum.
genesis 2°.

egrediebatur	fuit prudentius. De certa cum esset puer. Ut posset i[n]t[er] monachos. p° [con]fitebatur. gal. [illegible] p° [con]fitebatur i[n] ordibus. [illegible] [illegible] se ornaret. fugiens malas [con]suetudines. p° ad cor. h. nostros [illegible]
de loco voluptatis	Videmus autem q[uod] omnia vana sunt cum esset i[n] studio non poterat [illegible] p°. [illegible] et z. [illegible] [illegible] et omnia p. ad u. l. d. t. f. sunt et i[n] [illegible] i[n] religione [illegible] [illegible] puer. Sapiens p° i[n] malivolam [illegible] [illegible] Mater [con]sequebatur [illegible] de illa morietur. restituus cepit devotior et doctior [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] edificat. [illegible] [illegible] sapiens. [illegible] optimum [illegible] [illegible] quod [illegible] cum alberto. [illegible] scientias fuit. q[uod] [illegible] [illegible] [illegible]
ad irrigandum paradisum.	apparet i[n] libris q[uod] [illegible] [illegible] [illegible] fundamentum [illegible] ~~[illegible]~~

134

Malos male perdet. math. 21.

q xpianis evenit aliq magna tribulatio
pbat ex conclusionis. po ex lra parabole evangelii.
2o ratio probabilis. et po rone ingratitudinis. non ignoras
~~[illegible]~~ s. th. 22e q. 107. dupl dr ut p omissiones.
ut qn gra facit. Sz xpiani n solum nunc emendant qa
n grates agunt deo de beneficiis receptis sz e contrario
spernunt. non qd mai beneficium q baptismus. et tn xpiani
negaverunt verum factum i baptismo. spernentes sanguinem xpi
et gratiam. Sz qd dicit paulus ad he. 10. irritam qs etc.
quanto dicit et cuius plus doctrina est et spernunt. Sz qd
dr apls ad he. 6. terra n. etc. Item dr vos p parentum
expectat et no cognoscunt sz spernunt dicentes de se
pacem. Sz qd dr ad Ro. 2o. existimas ut o ho etc. Item similia
peccata merentur similes penas. Sz sicut peccaverunt xpiani sicut iudei
peccaverunt pp qd fuerunt acriter puniti. respice si
conveniat xpianis qd dr ysaie po de iudeis. filios enutrivi etc.
et 3o. p eo q dixerunt etc. et po. quo factus est etc. it. 10.
ve q condunt leges etc. et hier. 2o. duo n mala fecerunt etc.
Decem n sunt idolatre. Sz quanta maior idolatria q inter-
ventus totaliter imergi. p ad thi. 4. radix etc. et de
idolorum sunt unde. ~~ad coll.~~ 3. et ad hier. 7. hec
gens etc. et. 8. Attendi etc. Item pz q sic ppinqua
tribulatio qa defecerunt sancti et perit fides. ps. omnes
declinaverunt etc. Item q pr est nr et ut nos corrigat.
ad he. 12. quem diligit dns etc. Item qa prelati ducunt
dominium et tenent utraque ut alia hnt sollicitudinem
q impugnant xpianos, q ut et a deo i corde ei i missa.
sic docet. ps. 4. exclamabat sig etc. Item qa principes
xpianorum sunt divisi: qd a deo ut et factum q renovo
parat unus. omnes n. exercent sunt et conveniat eis qd ysa. 6.
excreca cor etc. Item qa nulli agunt penitentiam sz omnes dicunt
q adhuc dns expectabit. Sz sic et dicebant iudei sz qd
dixit eis ezechiel imo dns. eze. 12. fili hois. qd e proverbium etc.
Item qa nulli sunt orationes ad eam obstandum: non ut ho a deo
procedat ut s. nolit i spirare hoc ut puniat. sic dicebat
hier. 11. tu ergo noli orare etc. et 14. noli orare etc. et 15.
si steterit etc. Ergo agere penitentiam. qa ut ait dns
hier. 18. si penitentiam egerit etc. exm in iudeis.

Si peccaverit in te frater tuus: vade et corripe eum
inter te et ipsum solum. math. 18.

Correctio fraterna est in precepto.

Primo probatur per evangelium. math. 18. respondetur
2o ratione. tum quia est quedam elemosina spiritualis. elemosinam autem dare est
in precepto. tum quia qui non corrigit fratrem cum potest permittit eum
mori spiritualiter quod peius est quam si permitteret eum mori cor-
poraliter. Notandum tamen quod est preceptum affirmativum quod non obligat
omni tempore. nec oportet quod homo querat delinquentes nec fiat explo-
rator vite aliene; sed sufficit hoc facere quando occurrunt talia.
potest tamen omitti meritorie, quando videt homo quod non expedit
ei vel aliis vel in hoc tempore sed expectat tempus. Sed si quis presumeret
quod posset alium a peccato retrahere et propter timorem vel cupi-
ditatem non facit, quantum ad hoc quod hoc preponit fraterne caritati
peccat mortaliter: si autem propter hoc tardior fieret eius peccatum
veniale. Tho. 2.2. q. 33. Et sciendum hoc non solum ad
prelatos pertinere i. correctio que est per simplicem admonitionem
sed etiam ad omnes. Sed illa que est per punitionem per quam intenditur bo-
num commune pertinet ad prelatos. Nota etiam patres et matres.
Et ideo etiam dicitur quod subditi debet corrigere prelatum suum
si delinquit. Ergo et filius patrem et filia matrem cum reverentia scilicet.
Peccator hanc correctionem afferre per suum peccatum impedimentum.
Primo quia redditur indignus et perpetue quando maius peccatum facit. math.
7. quid vides etc. 2o propter scandalum si peccatum suum est manifestum.
math. 7. quomodo ~~vides~~ dicis etc. 3o propter superbiam quia forte sua
peccata parvipendens intendit in aliorum peccata. Potest tamen corrigere
cum misericordia ut non augeatur et ita non peccat ut ait S. th.
sicut cum Bernardus hoc faciat. Sed si magis est dimittenda correctio ne
ille qui corrigitur fiat deterior. Respondeo. a prelato non dimittatur quia sal-
tem bono communi providetur si non utile non per penas non sponte emen-
dari. Sed ille qui facit simpliciter admonitionem debet propter hoc di-
mittere. Prov. ix. noli arguere etc. Utrum ordo qui est in evan-
gelio sit de precepto. Respondeo. etc. et hoc vide in eadem questione.
3o confirmatur exemplo. in primo libro regum de Heli. nam si non fuisset
punitus non fuisse obligatus ad corrigendum filios: et hoc magis
pertinet ad prelatos.

Qui maledixerit patri uel matri morte moriatur. Math. 15.

Quod Deus grauiter punit inhonorantes parentes.
primo auctoritate euangelii. Accessit ad utrumque
2o uideo. Sed primo nota quod patri debetur aliquid duplex. ut dicit S.
Th. 22. q. 101. uno modo per se scilicet reuerentia et obsequium
quia est superior et quia principium filii. alio modo per accidens scilicet [illegible]
quod ei accidit aliquid necessitatis. Sed utrumque in omnibus tenentur filii
patri obedire ex precepto: unde in littera O. et utrum sit
pretermittenda parentes obsequia in parentes occasione religionis
vide in littera R. et 22e q. 101. ar. 4. item q. 26 ar. 9.

Item utrum filii teneantur [illegible] ut substinent parentes. unde in littera R.

Queritur quis est magis diligendus an filius an parentes. et an pater
an mater, et an uxor an parentes. et hec comparatio intelligitur
de [illegible] per se scilicet de patre in quantum pater et sic de aliis. quia virtus
ut malitia possunt [illegible] solum ut minuere amicitiam. ad
primum respondet quod ex parte obiecti dilectionis quia pater habet rationem
maioris boni et est deo similior et potest existens principium filii
est magis diligendus pater quam filius. Sed ex parte diligentis scilicet ratione
coniunctionis et in ratione maioris boni magis est diligendus filius.
quia hec dilectio est firmior dilectione qua quis diligit se ipsum. nam
filius est aliquid patris: et patres diutius amant filium quam filii parentes.
tamen parentibus debetur honor reuerentia et obsequium et non filiis.
ad 2m respondet in 10. ar. quod per se loquendo est magis amandus
pater quam est principium per modum agentis quam mater que est principium per mo-
dum patientis. ad 3m respondet in 11. ar. sicut respondet
ad primum. et addit quod maior reuerentia est parentibus exhibenda
quam uxori. et illud gen. 2. quod propter uxorem relinquet homo etc.
[illegible] non est hoc quantum ad omnia intelligendum. quia in [illegible] debet homo
magis assistere parentibus quam uxori. sed quantum ad unionem car-
nalis copule et cohabitationis omnibus parentibus debet uxori adherere.
Sed cui [illegible] est magis beneficiendum [illegible] propinquioribus. [illegible] agens
naturale prius agit in propinquius. et hoc dicit S. Th. 22. q. 30. ar. 3.
et vide hoc in littera. elemosina. quod autem deus punit eos
qui inhonorant parentes eos non subueniendo [illegible] ex pena
quam imposuit huiusmodi deut. 21. Si genuerit etc. et
vide in libro. parricida. de obedientia non ad principes et
ad prelatos vide [illegible] in littera O. et quod deo hec inobedientia
displiceant patet. [illegible] philosophus.
3o hoc patet exemplo. de absalone in 2o libro regum. et
quia Jesus fuit obediens matri. Luc. 2. et matrem Ioanni com-
mendauit. et zelauit honorem patris qui dixit domus mea

Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus.
mathei . 21 . capitulo.

quod convenientissime xps pro nobis mortuus est in cruce.
Sed primo evangelium declarandum est ubi ostendit eius mansuetudo
et gloria. de gloria dicimus ad he. primo qui cum sit etc. de ab.
quia maior abraham. Jo. 8. abraham exultavit etc. maior
moyse. ad he. 3. amplioris. maior summo sacerdo-
te. ad he. 7. Intuemini autem quantus etc. maior regibus. un-
de dicitur. dixit dominus domino meo etc. Hec quomodo pro nobis
passus est. non fuit necessarium absolute quia quamvis et absolute
fuit alio modo possibilis liberatio hominis. sed presupposita dei
passione fuit necessarium et nullo alio modo fuit possibile. ut dicit s. th.
in 3. q. 46. Sed conclusio habet duas partes. scilicet quod modus passionis
sue fuit convenientissimus. et quod conveniens fuit quod in cruce
pateretur. et hec prima pars probat. s. d. in eadem questione. 5. mediis.
primo quia per hoc homo cognoscit se diligi a deo. ad Ro. 5. commendat etc.
2o quia dedit nobis exemplum obedientie humilitatis constantie iustitie et ceterarum
virtutum. prime pet. 2o. xps passus est etc. [struck out]
3o quia per hoc non solum nos liberavit a pena peccati. Is. 53. vere languores etc.
et promeruit nobis gratiam et gloriam. ad Ro. 5. reconciliati. ad he.
10. sanctificatos etc. 4o quia per hoc homines docuit quod debet se servare
immunem a peccato cum sit redemptus magno precio. prime ad cor. 6. empti etc.
5o quia hoc ad maiorem gloriam hominis cessit ut homo diabolum vinceret.
prime ad cor. 15. deo autem gratias etc. quod autem deberet mori in
cruce probat septem rationibus. sed duas ponamus devotas. primo per exemplum
ut scilicet nullius mortis genus timeamus. ad he. 12. deponentes etc.
2a ut dicit Crisostomus. quia in cruce expansis manibus moreretur ut altera
manu veterem populum altera eos qui ex gentibus sunt traheret. et
sic possumus dicere ut ostendat se paratum ad suscipiendum peccatores.
ad he. 4. adeamus ergo cum fiducia etc. post in fine addi 3am
rationem: per figuras scilicet veteris testamenti. ut patet de archa. de virga
moysi que divisit mare. de ligno quod dulcoravit aquas.

Erat aspectus eius sicut fulgur: vestimenta eius sicut nix. math. 28.

Quod cum maxima reverentia et timore et devotione
os ire ad sacramentum.

Primo primus ex dignitate Christi in euangelio Iohannis eius no.

Secundo ex fructibus qui ex hoc consequuntur: quod quid alius non
potest provenire. nam ut dicitur S. th. in 3. parte q. 79. effectus huius
sacramenti est conferre gratiam. Io. 6. panis quem ego dabo. Item ex eo
quod in ipso totus Christus continetur qui gratiam contulit mundo. Io. 3. gratia et
veritas. Io. 6. qui manducant me. Item quia per ipsum represen-
tatur passio Christi per quam datur gratia. math. 26. hoc est sanguis meus.
Item quia traditur per modum cibi et potus ut ostendatur eius spiritualis
sicut cibus et potus materialis corporalis ... quod est per gratiam. Io. 6. caro
mea. Item quia in speciebus panis et vini traditur quia hec confi-
ciuntur ex multis granis. quod significat unionem caritatis ut dicitur magister.
Item dat gloriam que est ex fide. Io. 6. si quis manducaverit ex
Item quia significat passionem Christi et ibi est Christus per cuius passionem apertum
est lumen. ad he. 9. novum testamentum mediator est. Item dicitur
quod remittit venialia: quia sicut panis recuperat deperditum
in corpore: ita hic panis recuperat deperditum fervorem.
Et quia res sacramenti est caritas que excitatur in hoc sacramento
per remittuntur peccata. et est ut ipse dicit in 4. articulo.
remittit aliquid de pena non directe sed ex quadam concomi-
tantia ad principalem effectum: et maiorem et minorem secundum
modum sue devotionis et fervoris. Item preservat a futu-
ris peccatis. Io. 6. hic est panis et cum quia homo interius roboratur
dum est per gratiam augmentum. ps. panis cor hominis confirmat.
cum quia cum sit signum passionis Christi repellit demones. unde Chri-
sostomus Io. ut leones flammam spirantes sic ab illa mensa
discedimus terribiles effecti diabolo. Et nota quod ve-
nialia impediunt non tamen penitus. sed post ... cum actu exercentur
impediunt quidem non totum effectum sed saltem illam dulcedinem
ac spiritualem refectionem internam que solet a devotis sentiri.
Os ergo venerari. Ad Ro. 6. consepulti sumus. os tempore bono operi.
ad Ro. 6. humanum dico quod. os ire cum aromatibus mulieres
ad ipsum ut dicunt nob. est ... 4o. ... et Item spiritu
et alacriter ... cum et non ... et timore ...
primo ad Cor. 11. qui non manducat. Item cum magna caritate et fer-
vore. 2a ad Cor. 13. Item hoc patet ex figura exodi
12. c. de agno.



I'

cc. I + 139 + I'
1 foglietto applicato alla contrag. ant.
30 XI 95